Google

Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

ELEGANTIARVM EX PLAVTO ET TERENTIO

LIBRI II.

PVBLII MIMORVM, ET SENTENTIArum ex Poëtis antiquis ſimilium.

LIBER I.

Auctior & emendatior cum expoſitionibus

DES. ERASMI ROTERODAMI, ET GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS.

Index duplex ad finem adiectus.

LIPSIAE

IN OFFICINA HAEREDVM VALENTINI PAPAE.

Anno

M. D. LXIIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

GEORGIVS FABRICIVS CHEMNICENSIS MATTHIAE MARCO DABERCVSIO LVDI SVERINENSIS MAGISTRO.

S. D.

POETAM EPICHARMUM, vt Ariſtoteles ait, antiquiſsimum: vt Plutarchus teſtatur, Pythagoræum, multa tradidiſſe ad puerilem ætatem idonea; in eius legitur epitaphio, quod quicunq; mortuo poſuit, ad eius lectionem alios ſtuduit inuitare. Ipſum autem tanti præceptoris inſtitutione ſapientem, & moribus honeſtum, & oratione politum fuiſſe colligimus, tales enim puerili educationi conueniunt: & ad eam non alij, quam eruditi, morati, & elegantes viri ſunt adhibendi.

Digitized by Google

ſcribendi. Epicharmi imitatorem fuiſſe Plautum, Horatij teſtimonio notum eſt: & Siculo Romanum non fuiſſe inferiorem, facile nobis perſuademus. Varronis enim & Ciceronis de ingenio, vrbanitate, elegantia Plauti inprimis honorifica extant teſtimonia: quem etiam alij quidam linguæ Romanæ principem, & eloquentiſsimum antiquorum dicere non dubitauerunt. Sermo eius, Aelij Stilonis ſententia, puritati Muſarum ſimilimus: ioci non nigro Momi, ſed candido Mercurij ſale conſperſi: ſententiæ cum grauitatis, tum lepôris habent plurimum, eæq; ſeu doctrinam ſeu repræhenſionem continent, vel ſummo philoſopho ſunt dignæ. Ex huius Comœdijs vnam hoc tempore partem, quæ ſermonis proprij & Romani eſt, delegimus, idq; puerorum gratia, quibus neque integri auctores proponi poſſunt, ob ætatis imperitiam: neque negligi tamen debent, propter ſuſcepti à nobis

muneris

muneris rationem. Ad prima enim illa de Dei cognitione, deq; animorum ſalute præcepta, quæ animis teneris ac rudibus, in Scholis Chriſtianis inſtillantes, Catechiſmum nominamus, proxime adiungendæ exercitationes ſunt, quibus lingua ipſorum balbutiens, optimis puriſsimiſq; verbis imbuatur & conformetur. Ad humanitatem autem virtutemq; ſtabiliendam, & ad commune Reip. quaſi ædificium, dum auxilij apportemus aliquid, etiamſi labor obſcurus ſit, minime tamen eum refugimus, & vt in fabrorum aut artificum numero non ſimus, inter cementarios tamen atque baiulos ipſos non faſtidimus adhiberi. In hac autē ardenti atq; optima voluntate, cum deprauata hominum iudicia, tum literarum atq; veritatis cōtemtus, inſtitutionem nobis reddunt difficilimam: quamobrē, quod ſæpe facimus, ſtudioſos contra temeritatem & mendacium inſtruendos monendoſq; arbitramur: tum

confirmandos præterea ne vlla moleſtia aut acerbitate deſpondentes animum deſerant officium ſuum. Retinenda ante omnes contra opinionem imperitorum in ludis literarijs hæc ſententia eſt, vera, antiqua, neceſſaria, nihil ſcilicet in orationem improprij aut inquinati admittendum. Vt enim in veſtitu populari, ſic in communi ſermone plurimum intereſt, vt apta & habilia omnia ſint, & conſuetudini honeſtæ conſentanea. Militum veſtes, quibus nunc femora tegunt, nautarum velis eſſe videmus laxiores: & ita diſciſſas atq; laceratas, vt Abſyrti aut Marſyæ corpus (quod in fabulis eſt) mutilum laniatumq; magis non fuerit, quam cum in caſtris Turcicis militum captiuorum corpora ad veſtium formam fuerunt diſſecta. Talibus ſimiles ſunt, qui oratione incompoſita & diſſoluta, & abſurda loquacitate delectantur, quam inſuper deformant leuitate atque ineptijs: quos

Digitized by Google

ſtultorum militum fortunam experiri par erat, vt ære diruti capiteue diminuti, e Scholis perpetuo relegarentur ad barbaros. Notis rerum proprijs, & cura verborum neglecta, error & obſcuritas naſcitur: in oratione autem, in qua labefactatur veritas, & implicatur intelligentia, quid loci relinquitur prudentiæ? hac vero ſublata, quid omnino inter hominem garrientem, aut rudentem aſinum eſt diſcriminis? Veterum ſapientum hoc ſtudium ſemper fuit, vt cum perſpicue & decore, tum etiam cum ornatu animi ſui cogitata efferrent. Academicorum & Peripateticorum libri ſunt in manibus, qui id teſtificantur: ſunt item Medicorum: ſunt veterum Iureconſultorum apud Romanos: quorum erudita exculta〈que〉 præclaris ſententijs & verbis lectiſsimis ſapientia fuit. Epicureos merito odio proſequimur, qui vt in vita leuiores ac diſſolutiores, ita & in ſermone inquinatio res

fuerunt. Recentiorum noſtrorumq; exempla, quæ propemodum infinita ſunt, proferre ſi vellem, nimis multos omnium diſciplinarum ac profeſsionum homines offenderem, qui pertinaces, quam boni haberi, errare malunt, quam corrigi: nam ne iudices aliquos, atque vt ipſis videtur, minorum quaſi ordinum cenſores admittant, regio iure vtuntur, noſtramque cum ludibrio nimis exquiſitæ diligentiæ, ac inutilis curioſitatis, illiberaliter atq; iniuſte damnant ſententiam. Atque in conatu vtili & præclaro, ad iſtos nequaquam reſpiciendum eſt, ſed cogitandum de re ipſa, quam neceſſaria in ſtudijs ſit, & quanta cum laude coniuncta. Nec reprimere fortem animum atque erectum debet, illa Cyclopica eruditionis, humanitatis, atque ordinis contemtio: quæ quidem ita indies inualeſcit, vt hominibus literatis non modo dignitas, ſed ne fructus omnino laborum moleſtiſsimorum ſit expectandus.

ctandus. Theodorum Gazam hoſpitem doctiſsimum, & de Philoſophia vetere literiſq; optime meritum, Italia egere paſſa eſt: & Cæſarium, Sturnum, Plateanum iam ſenes, & à copioſis diſcipulis, & a ciuitatibus florentibus ali non potuiſſe, nos meminimus. Romanorum antiqua virtus & frugalitas cum in ſuperbiam luxuriamq; mutata eſſet, multi in extruendis balneis, geſtationibus, cœnationibus: tum vt conditores lautos, elegantes ſtructores, coquos denique peritos haberent, ampla profuderunt patrimonia: ſed ijdem in docendis inſtituendiſq; liberis, & in conducendis idoneis magiſtris, turpiſsime negligentes, & pernicioſiſsime auari erant: de qua re, ne quem ipſe accuſem, Satyricum audiamus:

Balnea ſexcentis, & pluris porticus, in qua
Geſtetur dominus, quoties pluit: anne ſerenum
Expectet, ſpargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius: namq; hic mundæ nitet ungula mulæ:
Parte alia longis Numidarum fulta columnis

 Sur-

Surgat, & algentem rapiat cœnatio ſolem.
Quanticunq; domus: ueniet, qui fercula doctè
Componit: ueniet, qui pulmentaria condit:
Hos inter ſumtus ſeſtertia Quintiliano,
Vt multum, duo ſufficient: res nulla minoris
Conſtabit patri, quàm filius.

Verum precio tam uili cum doceret uigilans & eximius præceptor, fortaſſe & uoluntas erga eum prolixior, & otium honoratius, & maior quies ei in opulētorum familijs fuit? Minime quidem, nam grauiores querelas idem Poëta cum iuſta indignatione cumulat: præterquam enim quod impar laboribus merces datur, de eadem ſuam adhuc partem detrahit ſeruus Atrienſis, nec reliquam prius numerat, quam iuſſus a tribuno ærario id facere cogatur: nihil reputans antelucanas doctoris operas, quibus ne quæſtuoſi quidem ſordidiq; artifices pluribus exercentur: nihil cotidianas moleſtias, quarum in puerorum frequentia plurimæ ſine intermiſſione

maximo

maximo cum tædio ſunt deuorandæ. Accedunt ad hæc improbiſſima onera, & quaſi exactiones quædam operarum, quæ cum odio & importunitate modo in doctrina, modo in diſciplina, in totius denique uitæ cura, imponi & requiri a parentibus ſolent: ſic enim pergit Poëta:

Sed uos ſæuas imponite leges,
Vt præceptori uerborum regula conſtet:
Vt legat hiſtorias, auctores nouerit omnes,
Tanquam ungues digitosq; ſuos: ut forte rogatus
Cum petit aut thermas, aut Pauli balnea: dicat
Nutricem Anchiſæ, nomen patriamq; nouercæ
Anchemoli: dicat quot Aceſtes uixerit annos.
Exigite ut mores teneros, ceu pollice ducat,
Vt ſi quis cera uultum facit: exigite ut ſit
Et pater ipſius coetus.

Literarum itaque neglectio, & hominum ingratitudo, quamuis omnibus temporibus magna: deprauatis uero pæne intolerabilis extiterit: non ideo tamen doctrinam uirtu-

Surgat, & algentem rapiat cœnatio ſolem.
Quanticunq; domus: ueniet, qui fercula docte
Componit: ueniet, qui pulmentaria condit:
Hos inter ſumtus ſeſtertia Quintiliano,
Vt multum, duo ſufficient: res nulla minoris
Conſtabit patri, quàm filius.

Verum precio tam uili cum doceret uigilans & eximius præceptor, fortaſſe & uoluntas erga eum prolixior, & otium honoratius, & maior quies ei in opulẽtorum familijs fuit? Minime quidem, nam grauiores querelas idem Poëta cum iuſta indignatione cumulat: præterquam enim quod impar laboribus merces datur, de eadem ſuam adhuc partem detrahit ſeruus Atrienſis, nec reliquam prius numerat, quam iuſſus a tribuno ærario id facere cogatur: nihil reputans antelucanas doctoris operas, quibus ne quæſtuoſi quidem ſordidiq; artifices pluribus exercentur: nihil cotidianas moleſtias, quarum in puerorum frequentia plurimæ ſine intermiſſione

maximo

maximo cum tædio ſunt deuorandæ. Accedunt ad hæc improbiſſima onera, & quaſi exactiones quædam operarum, quæ cum odio & importunitate modo in doctrina, modo in diſciplina, in totius denique uitæ cura, imponi & requiri a parentibus ſolent: ſic enim pergit Poëta:

Sed uos ſæuas imponite leges,
Vt præceptori uerborum regula conſtet:
Vt legat hiſtorias, auctores nouerit omnes,
Tanquam ungues digitosq; ſuos: ut forte rogatus
Cum petit aut thermas, aut Pauli balnea: dicat
Nutricem Anchiſæ, nomen patriamq; nouercæ
Anchemoli: dicat quot Aceſtes uixerit annos.
Exigite ut mores teneros, ceu pollice ducat,
Vt ſi quis cera uultum facit: exigite ut ſit
Et pater ipſius cœtus.

Literarum itaque neglectio, & hominum ingratitudo, quamuis omnibus temporibus magna: deprauatis uero pæne intolerabilis extiterit: non ideo tamen doctrinam uirtutemq;

temq́ vulgi ac turbæ iudicio debemus contemnere: ne opinionibus indoctorum, aut ingratorum moribus diſcedere ab officio, aut remittere impetum bene merendi de plurimis: primum enim recte factorum conſcientia, & functionis honeſtiſſimæ recordatio, præmium ſingulare & pulcerrimum eſt: deinde ipſe Deus illos, quibus quaſi incunabula ſuæ commiſit Eccleſiæ, egere non patietur: cuius in te nuper exemplum nobis optatiſsimum propoſuit. Hæc & contra corrupta multorum iudicia, pro literis vere ac libere: & contra contemtum earum, modeſtiſsime dicta, etiamſi aliena nonnihil ab inſtituto fuerint, libenter arripui, apud te vt exponerem, tibiq́ ſimul hos libellos pueriles ex Plauti Terentijq́ ſcriptis collectos, offerrem Matthia Compater, non vt rem meritis in me tuis parem, aut iudicio dignam, ſed vt tibi a me diſcedenti promiſſum munuſculum.

Immor-

Immortales autem Ioachimo Camerario viro & doctrina multiplici, & ſummis virtutibus clariſsimo, pro ſingulari induſtria atque eximio ſtudio gratias debemus: qui nunc Plautinas fabulas nuper reſtituit, tanta felicitate, vt vnius illius diligentiæ in emendando plus, quam omnium cæterorum laboribus in commentando tribuendum videatur. Placuit Publij Syri Mimographi verſiculos, cum alijs quibuſdam in vnum collectis ſententijs, ex Poëtis Latinis & quibuſdam Græcis, quorum ſententias M. Tullius, alijque Latinas fecerunt, ad finem adijcere, cum venuſtatis gratia, tum breuitatis maxime, quæ & puerorum ingenijs conueniens, & accommodata memoriæ eſt: vt autem intelligerentur facilius, Eraſ. Roterodami ſcholia ad Mimos addidimus: ad reliquas ſententias, noſtra, idque eam potiſsimum ob cauſſam, vt auctorum nomina ne reticerentur, & vt Publij ſententiæ in

exempla-

exemplaribus duobus antiquis a me inuentæ, ſuo pariter loco insererentur. Quod ſi in Scholam [illegible] hæc recipienda cenſebis, gaudebo alijs prodeſſe hanc operam: ſin aliter uidebitur tibi, de tua ſententia iudicium mutabo meum. Deus faciat, ut ſimus ſalutaria membra Eccleſiæ, & ad honeſta ſtudia colenda & propaganda tranquillitatem Reip. largiatur.

Vale feliciter. Miſenæ Hermundurorum e ludo illuſtri, Natalibus Tertijs. Anno Chriſti,

M. D. LVIII.

Optimo

OPTIMO ET DOCTISSIMO VIRO GEORGIO FABRICIO, LVDI ILLVSTRIS MAGIſtro Miſenæ, Typographus,

S. D.

ACcepi libellum iam tuum, id eſt, opera ſtudij & diligentiæ tuę elaboratum, partim ut plenior & ornatior, partim ut melior & emendatior exire poſſit in manus pueritiæ, a qua iampridem teritur cum magna utilitate. Etſi autem hæc parua uidentur, comparantur enim ætati non magnæ, & id quod diuinitus plerunq; fieri perhibetur, hic quoq; ſeruatur, ut parua concilientur paruis: Tamen qui cogitare uoluerit, is reperiet eſſe permagna, non ſpecie illa quidem, neq; mole, ſed effectione atq; ui. Id quod docet eſſe proprium Ariſtoteles, initioꝝ & cauſſarum. Sunt autem profecto ſtudia pueritiæ fundamenta

quæ-

quædam, non modo eruditionis do-
ctrinę et artium, ſed omnis humanita-
tis in vita, & prudentiæ in rę tam pu-
blica, quam priuata adminiſtranda.
De quo ſi quis dubitat, is reſpiciat ad
ea tempora & loca, quibus neglecta
eſſet inſtitutio liberalis, & diſciplinæ
cuſtodia, cumq; in barbaria aſpexerit
diuina & humana confuſa, & mores
feros, & Iuris euerſionem, credat ſi-
biq; perſuaderi ſinat, ingens malum
eſſe & grauiſsimamq; pœnam ab irato
Deo inflictam hominum peccatis,
ſtultitiam & immanitatem, quæ igno-
rationem bonarum artium ſemper
comitatur. Conſtituto autem hoc,
quod pueritia literis quaſi imbuenda
ſit ad ſpem ſapientiæ & virtutis: Ni-
mirum etiam huius operis quaſi ex-
tructio requiret curam & attentio-
nem, vt vera ratione perficiat. Erunt
enim profecto iam hę aggreſsiones &
exordia iſta cauſſæ quædam princi-
pes, illorum bonorum conſequendo-
rum, & malorum vitandorum, quæ
paulo

paulo ante oſtendimus. Ago tibi igitur, Fabrici, gratias communiter omnium ſcholarum nomine, cum tu quaſi fœcundiſſ. agri fructus, tuam, inquam, tuis diſcipulis nauatam operam, laboreſq; proprios illuſtris ludi veſtri, benigne confers & attribuis alijs quoq; tam noſtratibus quam externis, quicunq; Muſas, id eſt, eruditionem literarum & optimarum artium, qui pudorem & honeſtatem & decus colunt ac ſequuntur. In quo ſæpe admiror & ſuſpicio bonitatem naturæ & ingenij tui, qui in huius ſæculi peruerſitate ſumma, vero tamen iudicio ſtatuis, non eſſe humilem neq; contemnendam curationem ſtudiorum & diſciplinæ puerilis, & hanc ſententiam conſtantiſsima voluntate ſequens tueris, contra rationes plurimorum, qui hanc ipſam vel plane nihili, vel certe parui pendunt. Ac gratias quidem agent tibi mecum omnes, quibus & pietas erga Deum & inter homines ſocietas cordi eſt, præmia

autem conſilijs ac curis his & lucubrationibus tuis, rependet ipſe primum Deus, deinde tua virtus, & aliquorum fortaſſe etiam memoria. Quod ad me attinet, in libelli iſtius expreſsione eam dedimus operam diligentiæ & aſsiduitatis, vt hoc confidam me conſecutum eſſe, ne pœniteat te opinionis de me tuæ, neue illa te fruſtratam eſſe queri poſsis. Sed de hoc aliorum & tua potiſsimum exiſtimatio eſſe debet. Peto autem a tua ſingulari pietate & virtute, vt deinceps quoq; ſtudij & induſtriæ ſimiles fructus, ſimiliter ad quam plurimos peruenire patiaris. In qua parte ſi amplius tibi meam quaſi exportationis operam inſeruire poſſe, & hac vtendum eſſe putaueris, erit hoc mihi gratiſsimum, & lætabor hunc mihi a te honorem habitum eſſe, & annitar, vt executionis euentus tuę expectationi, vel per omnia, vel ſaltem magna ex parte reſpondeat. Vale.

Lipſiæ. III. Calend.
Decemb.

Pueris

PVERIS STVDIOSIS.

IN Plautinis numeris annotandis ſecuti ſumus exemplum viri doctiſsimi Ioachimi Camerarij, quod excudit Baſileæ Heruagius: in Terentianis noſtrum, quod edidit Argentorati Rihelius. Comœdiarum nomina primis tantum literis ſunt ſignata, hoc modo.

PLAVTI.

AMph.	Amphitryone.
Aſin.	Aſinaria.
Aul.	Aulularia
Bacch.	Bacchidibus.
Cap.	Captiuis.
Cas.	Caſina.
Ciſt.	Ciſtellaria.
Cur.	Curculione.

Digitized by Google

Epid.	Epidico.
Men.	Menæchmis.
Mer.	Mercatore.
Mil.	Milite.
Moſt.	Moſtellaria.
Per.	Perſa.
Pœ.	Pœnulo.
Pſeud.	Pſeudolo.
Rud.	Rudente.
Sti.	Sticho.
Trin.	Trinummo.
Truc.	Truculento.

TERENTII.

And.	Andria.
Adel.	Adelphis.
Eun.	Eunucho.
Heau.	Heautõtimorume (no.
Hec.	Hecyra.
Phor.	Phormione.

P. Hæc litera ſolitaria poſita, perſonam interloquentem denotat.

Salutan.

I.

SALVTANDI ET SALVTATIONI RESPONDENDI.

ANime mi Menæchme ſalue. 470.*Men. Mein hertz lieber Menæchme ſey gegrüſſet.*

O mi hoſpes ſalue multum. 674.*Pæ. Guter freund Gott grüſſe dich.*

*O mi here exoptatiſſime ſalue.*858.*Trin.*

Salue inſperate nobis pater. 681.*Pæ. Gott grüß dich lieber vater, des wir vns nicht verſehen hetten.*

O mi here ſalue, inſperatiſſime mihi, tuisq; filijs. 777. *Pæ. Lieber herr bis gegrüſſet, ich vnd deine kinder haben vns dein nicht verſehen.*

O mi popularis ſalue. P. & tu ædepol quiſquis es. 674. *Pæ. Lieber landsman Gott grüſſe dich. P. Gott danck dir, wer du biſt.*

Salue adoleſcens. P. & tu multum ſalueto. 702. *Rud.*

Salue inſperate multis annis, poſtquam conſpicor te frater. 500. *Men. Gott grüß dich lieber bruder, den ich nu in vielen iharen nicht geſehen habe.*

Salue, ſaluus ſis.

Salue multum mi pater. P. ſalua ſis, ſaluene? 488. Men. Gott grüß dich lieber vater. P. Gott danck dir, wie ſtehen alle ſachen?

Salue. P. ſalua ſum, quia te eſſe ſaluum ſentio. 367. Epi. Gott grüß dich. P. ich hab grus vnd heils gnug, dieweil ich dich geſund ſehe.

Pater ſalueto, amboque adeò. P. ſaluus ſis. 693. Sti.

Saluus ſis. P. dÿ te ament. 665. Pæ. Gott gebe dir glück. P. Gott danck dir.

Saluus ſis. P. dÿ te amabunt, quiſquis es. 473. Men.

Salua ſis. P. ſalutem accipio mihi & meis. 366. Epid. Glück zu. P. glück nem ich an, vor mich vnd die meinen.

Saluus atq; fortunatus ſemper ſis. P. dÿ te ament. P. quid tu? rectène atq; vt vis, vales? 182. Aul.

Salue, quid agis? vt vales? 748. Per. Gott grüſſe dich, wie thuts? wie gehets?

Dÿ te ament plurimum. P. ſaluus ſis. P. vt vales? P. non malè, quid agis? 644. Mos. Gott geb dir alles gutes. P. Gott grüſſe dich. P. wie geht dirs. P. Es mus ſich leiden, was haſtu guts für?

O amice ſalue atque æqualis mihi, vt vales? P. Et tu edepol ſalue. P. Valeſne? valuiſtine? P. Valeo, & valui rectius. P. Quid agit tua vxor? vt valet? 826. Tri.

Salue

Salue mi ſodalis, vt valuiſti? quid parentes mei, valent? 587. Mer. Glück zu, wie hat dirs gangen, wie ſtehets vmb meine eltern, ſein ſie geſunt?

Quid pater, viuitne? P. viuum cum inde abijmus, liquimus. P. ſalua res eſt. 218. Cap. Wie gehets dem vater, lebt er noch. P. Wie wir ſein weg gezogen, haben wir ihn lebendig gelaſſen. P. Das ſey Gott gelobt.

Salue. P. valuiſtine bene? P. ſuſtentaui ſedulo. P. edepol gaudeo. 805. Sti. Gott grüſſe dich. P. Hat dirs wol gangen? P. Ich hab mich auffs beſte gehalten, als ich gekundt hab. P. Ich erfare es gerne.

Vt ego te nunc conſpicio libens, vt præ lęticia lacrymæ proſiliunt mihi, valuiſtine vſq;? P. Suſtentatum eſt ſedulo. P. Bene atq; amice dicis, dij dent quæ velis. 811. Sti.

Here ſalue. ſaluum te aduenisse gaudeo, vſquene valuiſti? P. vſq; vt vides. P. factum optime. 436. Mos. Lieber Herr, Gott grüs dich, bis mir wilkommen, biſtu noch allzeit friſch geweſt? P. Ia wie du ſichſt, P. Gott ſey gedanckt.

Saluto te.

Ego vos ſaluto. P. & nos te. 328. Cis. Ich wünſche euch glück. P. vnd wir dir wider.

Socerum ſuum Lyſiteles ſalutat. P. dij dent tibi, quæ velis. 861. Tri.

Amphitruo vxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam. 81. Amp.

Herum ſaluto primum, vt æquum eſt: poſtea ſi quid ſuperſit, vicinos impertio. 609. Pſeu. Ich wünſche meinem herrn erſtlich glück, wie es billich iſt, ſo darnach was vbrig iſt, mügt ihr euch daraus teilen.

Iubeo te ſaluere.

Saluere iubeo te bene. P. Salue & tu. 439. Mos: Ich wünſche dir viel guts. P. vnd ich dir widerumb.

Iubeo vos ſaluere. P. quid agis? vt vales? P. valeo, & venio ad minus valentem. 884. Truc.

Iubemus te ſaluere mater. P. Saluete puellæ. 698. Rud. Gott grüß dich alte mutter. P. Gott danck euch ihr töchter.

Iubeo te ſaluere voce ſumma, quoad vires valent. 145. Aſin.

Iubet ſaluere ſuus vir vxorem ſuam. 580. Mer.

Herum atq; ſeruum plurimum iubeo ſaluere. 838. Tri. Gott ehre herrn vnd knechte.

TER. Salue mi pater. P. gnate mi ſalue. 111. a. Hec.

Salue multum. P. O ſalue. 102. Hec.

Salue anime mi, vt vales? 598. Heau.

Salue, nuncium apporto tibi, cuius maxime te fieri participem cupis. 60. a. Heau. Gott grüs dich, ich bring dir gute botſchafft, die du gerne hören wirſt.

Saluere Hegionem plurimum iubeo. P. te quærebam ipſum, ſalue 87. a. Adel.

II. Sa.

II.

SALVTEM NVNCIANDI..

HErus meus tibi me ſalutem multam voluit dicere. 626. Pſeu. Mein herr leſt dich gantz freundtlich grüſſen.

Mater & ſoror tibi ſalutem me iuſſerunt dicere. P. ſaluæ ſint. 547. Mil. Es laſſen dir dein mutter vnd ſchweſter ihren grus ſagen. P. Gott geb das ihm wol gehe.

Salutem dicito matri & patri & cognatis, & ſi quem alium beneuolentem videris. 221. Cap. Du wolſt vater vnd mutter, vnd vnſere vorwandten, vnd allen den die vns guts günnen, meinen grus ſagen.

Salutem multam dicito patrono. P. Nunciabo. 264. Cur. Sag meinem herrn viel guts. P. Ich wils ausrichten.

Multam me tibi ſalutem iuſſit dicere. 261. Cur. Er hat mir befohlen, ich ſoll dir ſein grus ſagen.

Salutem tibi ab ſodali ſolidam nuncio. Ich verkündige dir viel guts von deinem geſellen.

Salutem primum iam à principio propiciam mihi, atq; vobis ſpectatores nuncio. 464. Men.

Salutem ei nunciet verbis patris, illum bene gerere rem, & valere & viuere, et eum rediturum actutum. 848. Tri. Er ſol ihn viel guts ſagen vons vatern wegen, das ihm noch glückſelig vnd wolgehe, vnd das er friſch vnd geſundt ſey, vnd das er

ſchier wird wider heim komen.

III.

ADEVNDI.

MEus pater hic quidem eſt, quem video, ibo, alloquar: quid fit pater? 369. Mer. Das iſt mein vater, den ich do ſehe, ich wil zu ihm gehen, vnd ihn anreden: wie gehets lieber vater?

Accedam atq; hanc appellabo. 97. Amp. Ich wil zu ihr gehen, vnd ſie anſprechen.

Iam hunc non auſim præterire, quin conſiſtam & colloquar. 126. Aul. Ich darff nicht voruber gehen, ich mus inne halten, vnd ihn anreden.

Certum eſt confidenter hominem contra colloqui. 71. Amph. Ich wil ihm künlich wider vnter augen gehen vnd anreden.

TER. Ipſum foras egreſſum video, ibo, alloquar. 6. a. Heau. Ich ſehe das er heraus kompt, ich wil zu ihm gehen, vnd ihn anſprechen.

Opperiar hominem hic, vt ſalutem & colloquar. 868. Adel. Ich wil auff ihn warten, das ich ihn grüſſe, vnd mit ihm rede.

IIII.

IN ADITV INTERROGANDI.

COngrediar. P. contra aggrediar. P. Dij ament te. P. Dabunt Dij quæ exoptes, vt vales? P. vt queo. 742. Per.

Dij

Dij dent tibi, quæcunq; optes, quid agit lius? P. bene vult tibi. P. edepol mutuum ſecum facit. 838. *Tri. Gott geb dir was du begert, was macht mein ſohn? P. Er günt dir alles gutes. P. So günt er mir ſo viel als ich ihm.*

Satin tu vſq; valuiſti? P. haud probè. 742. *Per. Biſtu allzeit geſund geweſt. P. Alſo hin.*

Quid agis? perpetuóne valuiſti? P. Variè. 350. *Epid. Wie thuts? hat es dir allzeit wol gangen? P. Wol vnd übel.*

Benéne vſq; valuiſti? P. à morbo valui, ab animo æger fui. 353. *Epi. Biſtu alzeit geſund geweſt. P. Kranckheit halben hat mir nichts gefehlet, ſorge vnd bekümmernis hab ich gnug gehabt.*

Vſquéne valuiſti? P. perpetuò rectè, dum quidem illic fui. 570. *Mer. Wie hat dirs gegangen? P. Es hat mir allzeit wol gangen, weil ich in frembden landen geweſt bin.*

V.

EXCIPIENDI.

SAluum te. P. Scio & credo tibi, ſed liberi quid agunt mei? P. viuunt, valent. P. Dij me ſaluum & ſeruatum volunt. 858. *Tri.*

Salue. P. Dij dent quæ velis, venire ſaluum gaudeo. 349. *Epi.*

Saluus ſis, ſaluum te aduenire gaudeo. P. Dij te ament. 393. *Bacch. Gott grüß dich, biß mir wilkommen*

kommen. P. Gott geb dir alles guts.

Saluum te aduenire gaudeo. P. multa tibi dij dent bona, cum me ſalum eſſe vis. 665. Pæ. Ich heis dich wilkommen ſein. P. Gott geb dir viel guts, weil du mir guts günſt.

Saluum te aduenisse gaudeo. P. credo omnia iſtæc tibi, ſi ita eſt, vt prædicas. 859. Trin. Ich frew mich das du geſundt biſt widerkommen. P. Ich gleub dirs, wo es alſo iſt, wie du sageſt.

Saluum te gaudeo aduenisse. P. tam tibi iſtuc credo, quam mihi. 353. Epi. Es iſt mir eine freude das ich dich geſundt ſehe. P. Ich gleube dirs ſo wol, als mir ſelber.

Saluum te aduenisse peregrè gaudeo. P. dij te ament 447. Mos. Ich bins erfrewet, das du aus frembden landen biſt geſundt widerkommen. P. Gott vergelt dirs.

Aduenientem peregrè herum ſuum ſalua impertit ſalute ſeruus. 353. Epi.

Tute quid agis? P. valeo, & validum teneo, peregrè quoniam aduenis, cœna detur. P. benigne dicis. 870. Tru.

Saluus ſis, ſaluus cum peregrè aduenis, cœna detur. 396. Bac. Gott grüß dich, weil du glückſelig aus frembden landen widerkommeſt, ſo wolſtu heindt mein gaſt ſein.

Ita me dij benè ament, vt mihi uolupe eſt, quia vos in patriam

patriam domum rediſſe video, bene geſta re ambos, te & fratrem tuum. 823. Sti.

Salue, ſaluum gaudeo peregrè in pariam rediſſe. 815. Sti. Gott grüß dich, ich bins erfrewet, das du aus frembden landen biſt geſundt wider heim kommen.

Rectè tuum patrem rediſſe ſaluum peregrè, gaudeo. 861. Tri. Ich frew mich, das dein vater geſund iſt heim kommen.

Vt expectatus peregrè aduenisti? 872. Wie biſtu ſo ein wilkommener gaſt geweſt aus frembden landen?

TER. Venire ſaluum volupe eſt. 136. a. Phor. Ich frew mich, das ich dich geſund ſehe.

Gaudeo veniſſe ſaluum. 59.

Saluum te aduenire gaudemus. 778. b. Adel.

Here ſalue, ſaluum te aduenisse gaudeo. 128. b. Phor.

Bene factum te aduenisse, & adeò, quod maximum eſt, ſaluum atq; validum. 111. Hec. Es iſt gut das du biſt widerkommen, vnd welches das gröſte iſt, friſch vnd geſund.

V I.
CONGRESSVS.

Adueniſti	commodùm opportunè in tempore per tempus optimè.	Du biſt eben recht kommen.

Ad te

Ad te hercle ibam commodum. P. atq; ego hercle ad te. 297. Cas. Ich wolt eben zu dir gehen. P. Und ich wider zu dir.

Bene opportuneq; obuiam is. 534. Mil. Du begegneſt mir gleich recht.

Opportunè aduenisti mihi. Du biſt mir gleich recht kommen.

Nunquam potuiſti mihi magis opportunè aduenire, quàm nunc aduenis. 440. Men. Du hetteſt mir nicht füglicher kommen können, denn du mir itzundt kompſt.

Non potuiſti magis per tempus mihi aduenire, quàm aduenis. 469. Men.

Optimè in tempore aduenis. 235. Cap. Du kompſt gleich zu rechter zeit.

Saluus ſum, eccum quem quærebam: quid agis? 267. Cur. Es geht mir wol, ſihe da find ich eben den ich ſuchete: wie gehets?

TER. Opportunè aduenis. 54. a. Heau.

Opportunè te mihi in ipſo tempore oſtendis. 115. b. Hec. Du leſt dich eben zu rechter zeit ſehen.

Opportunè hic mihi fit obuiam. 14. a. And. Er begegnet mir eben da ich ſein begerte.

Te ipſum quærito, te expecto, oppidò opportunè te mihi obtuliſti obuiam. 84. a. Adel.

Te ipſum quæro, ambo opportunè, vos volo. 8. b. And.

Digitized by Google

b. And. Dich ſuch ich, ihr kompt beide recht, zu euch wil ich.

In tempore ipſo mihi aduenis.23.B 1cch.

Atq; adeo in ipſo tempore eccum ipſum obuiam. 12. b. And. Sihe do, er kumpt mir eben recht.

Eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere. 131. a. Phor.

Te ipſum quærebam. P. et ego te: optato aduenis. 23. a. And. Eben dich ſuchte ich. P. Und ich dich. P. Du kumpſt mir gewünſcht.

Per tempus aduenis, auſculta. 186. And. Du kumpſt zu rechter zeit, höre mir zu.

Te ipſum quæro. P. loquere quid velis. 64. a. Heau. Dich ſuch ich. P. Sag was dir fehlet.

Optimè te mihi offers. 16. b. And.

Optimè ipſos video. 25. a. Heau.

Amice ſalue, nemo eſt omnium, quem ego magis nunc cuperem, quàm te. 36. Eun. Gott grüß dich, ich hette niemandts lieber geſehen, denn dich.

Te mihi ipſum dudum exoptabam dari. 58. a. Heau.

Ipſe eſt quem volui obuiam. 126. b. Phor. Der iſts den ich gern gehabt hette.

Ipſe eſt, de quo hoc agebam tecum. 111. a Hec. Der iſts, von welchem ich mit dir gered habe.

Ego obuiam conabar tibi. 123. b. Phor. Ich wolte dir

te dir eben entgegen gangen ſein.

Nos ad te ibamus.143.b. Phor. Wir wolten gleich zu dir gehen.

VII.

EGRESSVS.

Foris crepuit, ſenex aurum effert foras.198. Aul.

Fores vicini proximi crepuerunt.519.

Foris concrepuit hinc à vicino ſene, ipſe exit. 511. Mil. Die thür hat geknarret bey vnſerm nechſten nachbar, er gehet heraus.

Foris concrepuit noſtra, quoniam exit foras. 386. Bach.

Concrepuit foris, quiſnam egreditur foras? 757. Per.

Aperitur oſtium, eccum ipſum video, progreditur foras. 468. Men. Die thür gehet auff, ſihe er gehet eben heraus.

Quis hinc nam à nobis exit, aperitur foris. 580. Mer. Wer kümmet aus vnſerm hauſe, es gehet die thür auff.

Commodè aperitur foris, hilaris exit. 544. Mil. Man thut gleich die thür auff, er kümmet frölich heraus gegangen.

Aperiuntur ædes, quô ibam, commodè ipſe exit foras. 876. Tri. Es gehet eben die thür auff, do ich hinein wolt, zu dem ich wolte, der kümmet heraus.

Quem

Quem conuenire maxime cupiebam, egreditur foras. 751. Per. *Den ich gerne hette angeſprochen, der gehet gleich heraus.*

Quos uidere exoptabam me maximè, vnà exeuntes uideo hinc è proximo. 542. *Mil. Die ich lang gerne geſehen hette, die kommen da mit einander heraus gegangen.*

Ecquis hic eſt, ecquis hoc aperit oſtium? 183. *Amp.*

Ecquis hic eſt ianitor? aperite, atq; illam aliquis euocate ante oſtium. 415. *Men. Wer iſt hie pfōrtner? thut mir auff, vnd heiſt ſie zu mir heraus kommen.*

Pandite atq; aperite propere ianuam. 390. *Bacch. Macht mir eilends die thür auff.*

Iam fores ferio. P. *placidè pulta.* P. *metuis credo, ne fores Samiæ ſint.* 470. *Men. Itzund ſchlag ich an die thür.* P. *Kloppe leiſe.* P. *Ich halt du meinſt das die thür von thon gemacht ſey.*

TER. Quidnam foris crepuit? P. *mane ipſe exit foras.* 82. *a. Adel. Wie knarret die thür?* P. *Halt inne, er kōmpt heraus.*

Quid crepuerunt fores, hinc à me quiſnam egreditur? huc conceſſero. 54. *a. Heau. Wie knarret die thür, wer gehet aus meinem hauſe? ich wil hie lauren.*

Digitized by Google

Quid eſt, quod tam à nobis grauiter crepuêre fores? 64. a. Heau. Was ſol das ſein, das vnſer thür ſo hefftig knarret?

Oſtium concrepuit abs te, vide quis egrediatur. 141. b. Phor.

Quiſnam à nobis egreditur foras? 62. b. Heau. Wer gehet aus vnſerm hauſe?

Video Phidippum per tempus egredi. 115. Hec. Der Phidippus kömpt eben zu rechter zeit heraus.

Ipſe egreditur, quàm ſeuerus. 74. a. Heau. Er kömpt heraus, ſihe wie tapffer trit er herein.

Heus heus, ego ſum, aperite aliquis actutum oſtiũ. 91. a. Adel. Macht baldt auff, ich bin da.

Quiſnam à me pepulit tam grauiter fores? 94. b. Adel. Wer hat ſo hefftig angeklopfft.

Iam ceſſo pultare oſtium vicini? 59. b. Heau. Warumb klopff ich nicht an bey vnſerm Nachbarn?

VIII.
AVDIENTIS VOCEM ALICVIVS.

EGo vocem hîc loquentis modo me audire viſus ſum. 202. Aul. Mich deucht ich habe iemands reden hören.

Audire vocem viſa ſum ante ædes modo. 122. Cis. Ich hab iemands vor vnſerm hauſe reden hören.

Cuius

Cuius vox ſonat procul? 261. Cur. Wen hör ich von fernſt reden?

Neſcio cuia vox mihi ad aurem aduolauit. 585. Mer.

Muliebris vox mihi ad aures venit. 697. Rud.

Mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit. 800. Ich hör die ſtimme meines vaters.

Quis hîc eſt qui loquitur, cuiam vocem audio? 255. Cur.

Prope me hîc neſcio quis loquitur? 692. Rud.

Hîc prope me, mihi, neſcio quis, loqui viſus eſt. 413. Bach. Ich weis nicht, wen ich hie in der nehe habe reden hören.

Quiſnam hîc loquitur tam prope nos? 807. Sti.

TER. *Audire vocem viſa ſum modo militis. 34. b. Eun.*

Audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis. 152. b. Hec. Mich deucht er habe das kind hören ſchreien.

Quis hîc loquitur? ehem tune hic eras? 26. b. Eun. Wer redt hie? ſihe wareſt du do?

IX.

SVBAVSCVLTANDI SERMONEM ALTERIVS.

Circumſpicedum, num quis eſt ſermonem noſtrum qui aucupet? Sihe dich vmb, ob

iemands do iſt, der da zu hõre was wir reden.

Circumſpicitodum, ne quis noſtro hic auceps ſermoni ſit. 536. Mil Habe wol achtung darauff, das vns niemand heimlich zu hõre.

Nunquis hic eſt alienus, noſtris dictis auceps auribus? 600. Sti, Iſt auch iemands frembdes do, der auff vnſere rede achtung habe?

Secede huc nunc iam, ſi uidetur, procul, ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant. 216. Cap. Trit wol beſeits, ſo dirs gefelt, das nicht iemand auff vnſere rede achtung gebe.

Circumſpicedum te, ne quis aſsit arbiter nobis, & quæſo identidem circumſpice. 829. Tri. Sihe vmb dich, das niemand achtung auff vns habe, ſihe io fleiſſig vmb dich.

Nunc huc concedam, vt horum ſermonem legam. 608. Pſeu. Ich wil auff einen winckel tretten, das ich hõre was ſie reden.

Huc concedam, orationem vnde horum placidè perſequar. 353. Epi. Ich wil hieher tretten, das ich heimlich hõre, was ſie guts mit einander reden.

Sermoni iam finem fac tuo, huius ſermonem accipiam. Hõre ein mal auff zu waſchen, ich wil nu dem zu hõren.

Diſſimulabam me harum ſermoni operam dare, nec ſat exaudiebam, nec ſermonis fallebar tamen,

men, quæ loqueretur. 351. Epi. Ich ſtalt mich gleich als hörte ich ihn nicht zu, vnd wiewol ich nicht gar vernemen kund was ſie ſagten, noch dennoch marckte ich wol was ihr meinung war.

TER. Ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, aſtiti, animam compreſſi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere, hoc modo ſermonem captans. 142. b. Phor.

X.

DISCESSVS.

NVnquid vis? P. vt cum abſim, me ames. 80. Amp. wiltu mein etwas? P. das du mich auch in meinem abweſen wolſt lieb haben.

Nunquid vis? P. cures tuam fidem. 830. Tri. wilſtu etwas? P. ia, das du wolſt trew vnd glauben halten.

Nunquid me vis? P. hæc me curaturum dicito. 481. Men.

Nunquid vis? P. etiam vt actutum venias. P. licet, prius tua opinione hic adero. 81. Amp. wiltu was? P. ia, das du bald widerkommeſt. P. es ſoll geſchehen, ich wil ehe denn du meineſt wider da ſein.

Nunquid aliud? P. vt quamprimum poſſis, redeas. P. res monet. 223. Cap. begereſtu was mehr? P. das du auffs erſte du kanſt widerkompſt. P. es mus alſo ſein.

Numquid aliud? P. intrò vt abeas.514.Mil.

Numquid vis? P. abeas celeriter.398.Bach.

Numquid aliud? P. hæc vt memineris.544.Mil. Wil tu was haben? P. Das du des eingedechtig ſeiſt.

Num quippiam me vis aliud? P. vt quando otium tibi ſit, ad me reuiſas tu.880. Tri. Wiltu mein etwas mehr? P. das du wolſt zu mir kommen, wenn du der weile haſt.

Numquid me vis? P. vt valeas. 317.Ciſt. Wiltu was mehr. P. Las dirs wolgeben.

Numquid nunc iam me vis? P. vale atq; ſalue.264. Cur. Darffſtu mein noch mehr? P. Gott geſegne dich, vnd las dirs wol geben.

Num quippiam aliud me vis? P. vt bene ſit tibi. 788. Per.

Numquid aliud vis patri nunciari? P. me hìc valere. 222. Cap. Wilſtu das ich deinem vater etwas mehr ſagen ſol? P. Sage ihm das ich geſundt ſey.

Numquid aliud vis memorare? P. valeas, beneq; vt tibi ſit.670. Pæ.

Numquid cæterum me vultis? 787. Per. Dürfft ihr noch mein zu etwas mehr?

Nunquid me? P. abſcedas, ſumas ornatum tuum. 666.Pæ. Dürfft ihr mein? P. nim dein geretlein, vnd drol dich.

Num-

Numquid me vis cæterũ? P. malo cruciatu vt pereas, atq; abeas cito. 365. Epid. Darffſtu mein was? P. Das dich der henger hole, vnnd wir dein los werden.

Numquid vis? P. vt eas maximam in malam crucem. 474. Men.

Ego abeo, vale atq; ſalue. P. malè vale, malè ſit tibi. 267. Cur. Ich fahr dahin, Gott geſegne dich, vnd behůtte dich. P. Der henger hol dich.

Ego eo intrò, niſi quid vis. P. eas. 702. Rud. Ich gehe hinein wo du mein nicht darffſt. P. Du magſt gehen, wenn du wilt.

Ego eo ad forum, niſi quid vis. P. I, etiamne ambulas? 137. Ich wil auff den Marckt gehen, ſo du mein nicht darffſt. P. Gehe hin, geheſtu noch nicht fort?

Niſi quid me aliud vis, reſpondi tibi. 838. Tri. Wo du ſonſt nichts anders von mir begereſt, ſo haſtu deinen beſcheidt.

Ego niſi quid me vis, eo lauatum. 195. Aul.

Numquid me vis mater, intrò quin eam? 317. Cis. Bin ich dir nichts nůtze, ſo wil ich hinein gehen.

Numquid vis, quin abeam iam intrò, ut apparentur quibus opus eſt? P. I ſanè, & quantum potes, parata fac ſint omnia. 100. Amph. Wilſtu was? ich wil hinein gehen, das man zurichte, was von nŏten iſt: P. Gehe in Gottes namen, vnd halt an, das es alles wol ausgericht werde.

Bene vale. P. & tu bene vale. 685. Pœn: Gott geſegne dich. P. Las dirs auch wolgehen.

Bene vale. P. cura te amâbo. 317. Cis. bis geſegnet. P. Lieber hab dich ſelber in guter acht.

Bene vale, cura rem communem, quod facis. 78. Amp. bis Gott befohlen, vnd halt wol haus, wie du denn thuſt.

Vale. P. aliquãto amplius valerem ego, ſi tu hîc maneres. P. ſalue. P. ſaluere me iubes, cui tu abiens affers morbum. 155. Aſin. Gott ſpare dich geſundt. P. Ich wolt geſunder ſein, wenn du bey mir bliebeſt. P. Las dirs wolgehen. P. Du begerſt es ſol mir wol gehen, vnd krenckeſt mich doch, das du von vns hinweg geheſt.

Omnes bene valete et viuite. P. ite cum dijs beneuolentibus. 548. Mil. Gott geſegne euch alle mit einander, vnd laſts euch wolgehen. P. ziehet hin in Gottes geleite.

Vale atq; ſalue, etſi aliter, vt dicam meres: de me vt meruiſti, ita vale, 232. Cap.

Vale. P. quò nunc properas? P. bene vale, apud orcum te videbo. 155. Aſin. ſey geſegnet. P. wo wiltu aus? P. las dirs wolgehen, in der hellen wollen wir einander wider ſehen.

Bene ambula, & redambula. 237. Capt, Zieh geſund hin, vnd kome geſundt wider.

Bene

Bene ambula, bene rem gere.535. Mil. Zeug geſundt hin, vnd richte die ſache wol aus.

Bene ambulato. P. bene valeto. P. bene ſit tibi.568. Mer. fahr glückſelig hin. P. Gott geſegne dich. P. las dirs wolgehen.

TER. Nunquid me aliud vis? P. quo nunc is? 32.b. Eun. Darffſtu mein was? P. wo wilſtu itzundt aus?

Nunquid aliud me vis? P. vt bene ſit tibi. 125.a. Phor. wiltu etwas mehr haben? P. las dirs wolgehen.

Nunquid vis aliud? P. egóne quid velim? dies noctesq; me ames. 28. b. Eun. wiltu etwas mehr. P. was ſolt ich wollen, denn das du allzeit mein gedencken wolſt.

Nunquid vis? P. mentem vobis meliorem dari.86. a. Adel. wiltu was? P. ich wolt das ihr einmal klug würdet.

Nunquid vis? quin abeam. 81. b. Adel. wiltu was? ich mus weg gehen.

Nunquid vis? nam eſt quod me ad forum tranſire iam oportet.106. a. Hec. Darffſtu mein was, denn ich hab auff dem marckt zu ſchaffen.

Nunquid aliud imperas? P. munus noſtrum ornato verbis, quod poteris.29.a. Eun. wiltu mir etwas mehr befehlen. P. lobe vnſer geſchenck mit worten ſo ſehr du kanſt.

Nunquid eſt, quod opera mea vobis opus ſit? 135.a. Phor. Iſt etwas darin ich dir dienen kan?

Ego domi ero, ſi quid me voles. 70. a. Heau. Wilſtu was, ſo ſolſtu mich daheim finden.

Si quid opus fuerit, heus domo me. 131. b. Phor. Darffſtu mein, ſo las mich daheim ſuchen.

Si quid, domi ero. 70. a. And. Fehlt dir was, daheim ſolſtu mich finden.

Neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui dicere. 90. b. And. Ich weis nicht was ich vergeſſen hatte, das ich dir noch ſagen wolte.

XI.

GRATVLANDI.

ISTam rem vobis bene eueniſſe gaudeo. 675. Pœn. Ich frew mich, das euch iſt wol gangen.

Gaudeo edepol, ſi quid propter me tibi euenit boni. 501. Men. Ich bins hertzlich fro, ſo dir von meinet wegen, was guts geſchehen iſt.

Bene hercle factum, & factum gaudeo. 457. Moſt.

Bene mehercle eſt factum: cum iſtæc tibi res ex ſententia pulcre euênit, gaudeo. 633. Rud. Das wer recht, ich frew mich, das dirs nach deinem willen vnd wolgefallen gegangen iſt.

Cum tu liber es, gaudeo. P. credo hercle. 497. Men. Ich bin fro, das du biſt frey worden. P. Ich gleub dirs.

Digitized by Google

Ita me Iupiter bene amet, bene factum, gaudeo, & volupe eſt mihi. P. credo. P. & ege credo. 684. Pœn.

Volupe eſt, cum iſtuc ex pietate veſtra vobis contigit. 726. Rud. Es iſt mir ein frewde, das euch das widerfaren iſt, dieweil ihr fromme leute ſeidt.
Cum te dij amant, voluptati eſt mihi. 727. Rud. Das dir Gott geholffen hat, iſt mir ein frewde.

Cum te grauidam, & cum pulcre plenam aſpicio, gaudeo. 87. Amph.
Cum tu rectè proueniſti, cumq́; es aucta liberis, gratulor. 882. Truc.

Bene hercle eſt, illam tibi bene valere & viuere. P. credo hercle te gaudere, ſi quid mali mihi eſt. 826. Trin.
TER. Iſtuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe lætor. 66. a. Heau. Ich ſehes gerne, das dirs nach deinem willen gangen iſt.

Lætus ſum, vtut meæ res ſeſe habent, fratri obtigiſſe quod vult. 141. a. Phor. Es ſtehe vmb mich wie es wolle, ſo bin ich fro, das es meinem bruder gehet, wie er begert hat.
Ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte cauſſa lætor, quàm illius. 66. a. Heau. Als mir Gott

Gott helff, ich frew mich nicht ſo ſehr meinet halben, als ſeinet halben.
Bene, ita me dij ament, factum, gaudeo. 143. a. Phor.
Gaudeo. P. & ego. P. credo, vtinam hoc perpetuum fiat gaudium. 99. a. Adel. Ich bins fro. P. ich auch. P. Ich gleube es, wolt Gott das die freude ewig werte.
Gaudeo natum illum, & tibi illā ſaluam. 115. b. He.

XII.
GRATIAS AGENDI.

Diis eſt æquum gratias agere ſempiternas, cū noſtram pietatem approbant decorantq;. 681. Pœn. wir ſollen Gott ewig dancken, der ihm vnſern dienſt leſt wolgefallen, vnd denſelbigen be lonet.
Dijs gratias pro meritis agere. 3. b. Amph. Gott vor ſeine wolthat dancken.
Pro benefactis fateor debere tibi multas gratias. 645. Pœ. Ich bekens, das ich dir vor deine wolthat hőchlich zu dancken ſchůldig bin.
Cum optime feciſti, nunc adeſt occaſio benefacta cumulare, vt erga hunc rem geras fideliter. 223. Capt. weil du es wol bisher haſt ausgericht, ſo haſtu nu weiter vrſach ihm guts zu thun, auff das du dich als ein trewer freundt in der ſachen erzeigeſt.

Dico

Dico eius pro meritis gratum me fore. 561. Mer.

Dijs ago gratias meritò magnas, cum te reducem tuo patri reddiderunt. 238. Cap. Ich dancks Gott billich, das er dich mit geſundheit hat widerumb heim zu deinen eltern bracht.

Habere gratiam.

Gratiam habeo tibi; cum copiam iſtam mihi & poteſtatem facis, ut ego ad parentes hunc remittam nuncium. 221. Cap. Ich ſage dir danck, das es mit deiner laube vnd gunſt geſchicht, das ich dieſen boten müge heim zu meinen eltern ſchicken.

Cum affinitate ueſtra me arbitramini dignum, habeo vobis magnam gratiam. 840. Trin. Das ihr mich ewer freundſchafft wirdig ſchatzt, weis ich euch groſſen danck.

Equidem gratiam tibi habeo, nam ſenſi te ſeduló mihi dare bonam operam. 788. Per. Ich dancke dir, deñ ich mercke das du mir in meinem handel von hertzen dieneſt.

Tibi habeo magnam gratiam rerum omnium, & ſi ita ſententia eſſet, tibi ſeruire mauelim multò, quàm alij libertus eſſe. 549. Mil. Ich dancke dir vor alles guts, vnd wo es deine gelegenheit were, ſo wolt ich lieber bey dir ein knecht, denn bey einem andern ein herre ſein.

Tibi proinde, ac merere, ſummas habeo gratias. 845. Tri. Ich danck dir, wie du verdienet haſt, auffs aller höchſte.

Bo-

Digitized by Google

Bonum eſt, quod habeas gratiam merito mihi. 705. Rud. Du haſt billich vrſach mir freundlich zu dancken.

Bene hercle factum, habeo vobis gratiam. 716. Rud. Es iſt wol ausgericht, ich danck es euch.

Referre gratiam.

Quod bene feciſti, referetur gratia: quod poſtulas, & id & aliud, quod me orabis, impetrabis. 138. Cap. Das du mir haſt guts gethan, ſol dir vergolten werden, vnd was du haben wilſt, das oder ein anders was du von mir begereſt, das ſol dir widerfaren.

Nunquam ego illi poſſum gratiam referre, vt meritus eſt de me. 428. Mos. Ich kan ihm das gute nimmermehr vergelten, das er mir gethan hat.

Nunquam referre gratiam poſſum ſatis, proinde vt tu promereris de me & filio meo. 238. Cap. Ich kan dir nimmer gnugſam vergelten die freundtligkeit, die du mir vnd meinem ſohn erzeiget haſt.

Opto huius pro meritis, vt referri pariter poſſit gratia, tibiq; , quibus nunc me eſſe experior ſummæ ſolicitudini. 527. Mil. Ich wolt das ich ihm ſeine wolthat kündte vergelten, vnd auch dir, der du dich mein ſo mit groſſer ſorgen annimſt.

Siccine

Sictine mihi abs te bene merenti malè refertur gratia? 605. Pſeu. Solſtu mir ſo vbel dancken, dem ich ſo viel guts erzeigt hab?

Merito referre ſtudeas gratiam. 64. Amph. So dir was guts widerfaren iſt, ſolſtu danckbar ſein.

T E R. Dijs magnas meritò gratias habeo atq; ago. 143. b. Phor.

Gratiam habeo maximam. 50. a. Eun.

Omnibus gratiam habeo, & ſeorſim tibi. 99. a. Adel. Ich danck euch allen, vnd dir in ſonderheit.

Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam. 123. a. Phor. Ich bin dir günſtig, vnd danck dir, das du in der ſachen nicht nachleſſig geweſt biſt.

Eſt magna gratia de iſtac re, quam tibi habeam. 117. b. Hec. Ich bin dir in der ſachen viel zu dancken ſchüldig.

Et habetur, & refertur à me tibi, ita vti merita es, gratia. 41. b. Eun. Ich dancke dir, vnd wie du es denn wol verdient haſt, wil ich dirs auch vergelten.

Nunc tibi me certum eſt, contra gratiam referre, vt apud me præmium poſitum eſſe ſcias. 114. a. Hec. Ich wil dirs widerumb gewislich vergelten, auff das du erfareſt, das du es nicht vmb ſonſt gethan haſt.

Non

Non poteſt ſatis pro merito, ab illo tibi referri gratia. 129. b. Phor. Du kanſt ihm ſeinem verdienſt nach, nicht gnugſam dancken.

Eſt dijs gratia, cum ita, vt volo, eſt. 78. b. Adel. Ich dancks Gott das mein Son geraten iſt, wie ichs gern geſehen hette.

XIII.
IN CONSPECTVM VENIENDI.

Illum prodire pudet in conſpectum tuum. 457. Moſt. Er ſchemet ſich, dir vnter augen zu geben.

Ait ſeſe metuere in conſpectum illius procedere. 457. Moſt. Er fürcht ſich ihm vnter augen zu kommen.

Non te pudet prodire in conſpectum meum, flagitium hominis, cum iſtoc ornatu? 468. Men. Schemſtu dich nicht, du ſchendlicher menſch, mit der bůbiſchen rüſtung mir vnter augen zu gehen?

Quid iſtuc eſt, quod meos te oculos dicam fugitare, proq; ignoto me aſpernari, quaſi me nunquam noueris? 226. Cap. Wie ſol ich das verſtehen? das du mich ſcheweſt vnd verachſt als ein vnbekandten, gleich als hetteſtu mich vor nie geſehen.

TER. Si quando ad eam acceſſerat confabulatum, fugere è conſpectu illico, uidere nolle. 104. a.

104.a.Hec. Wenn ſie zu ihr kam, mit ihr zu reden, ſo flohe ſie vor ihr, vnd wolt ſie nicht anſehen.

Itáne patris ais conſpectum veritum hinc abiſſe? 129.Phor.a. Sagſtu das er darumb entlauffen ſey, das er ſich vor ſeinem vater geforcht hat?

Tuum conſpectum fugitat propter peccatum. 60.a. Heau. Darumb das er vbel gehandelt hat, wil er ſich nicht ſehen laſſen.

XIIII.
EVNDI.

De via ſecedere. Einem aus dem wege weichen.

In curſu obſiſtere. Einen verhindern vnd auffhalten.

Depulſare de via. Aus dem wege ſtoſſen.

Detrudere
Deturbare in viam Einen auff dem wege vmbſtoſſen.
Aſpellere

Tute ab naui clanculum huc alia via præcucurriſti. 93.Amph. Du biſt heimlich vom ſchiff ein andern weg zuuor her gelauffen.

Ego huc citus præcucurri, vt nunciarem nuncium optabilem. 809.Sti. Ich bin ſchnel vor an gelauffen, das ich dir eine gute botſchafft brechte.

Curſum ad ſenem compeſſam, cui boni tantum

 afferro,

affero, quantum ipſe adipiſci optat, atq; etiam amplius. 233. Cap. Ich wil zu dem alten zu lauffen, dem ich ſo viel gutes breng, vnd auch wol mehr, denn er ſich verſehen oder wünſchen dürffte.

Quid properas? placidè, ne time. 624. Pſeu. Warumb eileſtu? thu gemach, fürcht dich nicht.

Quò (malum) properas? nam equidem te nequeo conſequi tam ſtrenuè. 705. Rud. Wie eileſtu, zum henger, ſo ſehr? denn ich kan dir ſo ſchnell nicht folgen.

Vt apud portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi, vix adipiſcendi poteſtas modò fuit. 350. Epid.

Perſequi veſtigijs. Einem auff dem fuſſe folgen.

Pedibus perfugium parere. Das haſen panir auffwerffen.

Aberrare / Deerrare inter homines ab aliquo.

Einen vnter den leuten verlieren.

Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam. 722. Rud. Las mich hinweg gehen, vnd gehe du auch deine ſtraſſe.

Me miſit miles, vt hinc eat ſecum ſimul. P. non it, negato eſſe ituram, abi & renuncia. 397. Bacch. Mein herr ſchickt mich her, das ſie wolt

mit

Digitized by Google

mit ihm weg ziehen. P. ſie zeucht nirgent hin, ſage ſie wolle nicht ziehen, gehe hin, vnd ſags alſo, wider.

Pedibus redeundum eſt mihi. 466. Men. Ich mus wider zu fus heim gehen, auff der Apoſtel pferde reiten.

Dabo, cum ab re diuina rediero. P. I ergo ſtrenuè. 654. Pæn. Ich wil dirs geben, wenn ich wider aus der Kirche komme. P. gehe hin, vnd ſeume dich nicht lange.

Ego iam illum huc tibi ſiſtam in viam. 517. Mil. Ich wil dir ihn hieher auff die gaſſe ſtellen.

Vos inter vos partite, ego abeo, mihi negocium eſt. 103. Amph. Machts vnter einander aus, ich gehe daruon, ich habe nötigers zuſchicken.

Mi patrone mihi trade iſtuc: magis decorum eſt libertum potius, quàm patronum onus in via portare. 157. Aſi. Lieber herr, leih mirs her, es ſtehet beſſer das ein knecht etwas trage auff der gaſſen, denn der herr ſelbſt.

Ego baiulabo, tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. 157. Aſin. Ich wil tragen, gehe du lehr vor mir her, wie es denn einem herren gebüret.

Vix incedo inanis, ne ire poſſe cum onere exiſtimes. 71. Amph. Sol ich noch ein bürde tragen, ich kan kaum die achſel tragen.

Digitized by Google

Pone nos recede, nos priores ibimus. P. faciunt ſcurræ, quod conſueuerunt, pone ſeſe homines locant. 660. Pœn. Gehe auff ein ſeite, ich wil voran geben. P. die Geugler thun wie ſie pflegen, das einer mus neben ſie tretten.

Illuc ſis vide, non prorſus, verum ex tranſuerſo cedere, quaſi cancer ſolet. 625. Pſeu. Lieber ſihe doch, er gehet nicht fürſich, ſondern kreucht hinderſich wie ein Krebs.

Si graderere tantum, quantum loquerere, iam iſſes ad forum. 634. Pſeu. Wenn du ſo ſehr giengeſt, ſo viel du weſchſt, ſo werſtu lang auff den marck gegangen.

TER. Propere præcucurrit, me ueniſſe nuncians. 109. b. Hec. Er iſt ſchnel vorhin gelauffen, vnd hat meine zukunfft angeſagt.

Curriculo percurre
Propere curre
Properans percurre — Lauff ſo ſehr du kanſt.
Surſum deorſum curſitare
Curſare rurſum prorſum.

Hac illac circumcurſare. Hin vnd her lauffen.

Reuocari, curſum cum inſtitueris. 142. a. Phor. Wider zu rück geruffen werden, wenn einer wegefertig iſt.

Si id ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem. 19. a. And. Hett ich das gewuſt, ich wolt nicht ein fus hieher geſatzt haben.

In

In arcem tranſcurſo opus eſt. 110. b. Hec. *Es mus einer auffs ſchlos lauffen.*

XV.
CONVENIENDI.

NVnciate vt prodeat foras, eſt qui illam conuẽtam eſſe vult. 676. Pæ. *Sage ihr, ſie ſol heraus kommen, es wil ſie einer anſprechen.*

Mane, ſunt qui volunt te conuentam. 327. Cis. *Stehe ſtill, es wollen dich leute anſprechen.*

Res ſubita eſt, celeriter mihi hoc homine conuento eſt opus. 252. Cur. *Es iſt eine ſache die keinen verzug leidet, darumb ich ihn bald mus anſprechen.*

Nunc ego illam me velim conuenire, poſtquam inanis ſum. 395. Bac. *Nu wolte ich ſie gerne anſprechen, dieweil ich kein gelt mehr habe.*

TER. *Non hoc de nihilo eſt, quod ſenex nunc me conuentum eſſe expetit.* 117. b. Hec. *Es iſt nicht vergebens, das der alte mich anſprechen, vnd mit mir reden wil.*

Conſtitui cum quodam hoſpite, me eſſe illum conuenturam. 104. b. Hec. *Ich hab es mit einem frembden manne verlaſſen, ich wol ihn anſprechen.*

Quod conſtitui, me hodie conuenturum eum, non poſſe. 110. b. Hec. *Das ichs verlaſſen habe ich wolt ihn anſprechen, das kan nun nicht geſein.*

Is hodie venturum ad me conſtituit domum. 28.b. Eun. Er hats alſo mit mir verlaſſen, er wolt heut zu mir kommen.

XVI.

SEDVCENDI.

EO nunc ego ſecreto te huc foras ſeduxi, vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem. 181. Aul. Ich habe dich derhalben allein heraus gefüret, das ich möchte von deiner haushaltung mit dir reden.

Me hodie ſenex ſeduxit ſolum ſeorſum ab ædibus, mihi tibiq; interminatus eſt. 147. Aſin. Der alte hat mich beſondern auff einen orth gefürt, vnnd mir vnd dir hefftig gedrewet.

Præhendit dextram, ſeducit, rogat quid veniam. 259. Cur. Er nimpt mich bey der hand, vnd füret mich beſeits, vnd fraget mich warumb ich kommen ſey.

Quid illuc eſt, quod ille ſolus ſe in conſilium vocat? 569. Mer. Was bedeut das, das er mit ſich ſelber allein redt?

TER. Diebus ſanè pauculis, me ſolum ſeducit foras. 103.b. Hec. Nach wenig tagen, nimpt er mich allein auff einen ort.

XVII.

ELOQVENDI.

IStinc loquere, ſi quid vis, procul tamen audiam. 228. Cap. Sage daſelbs was du wilt, ich kans von ferne wol hören.

Quæ-

Quæſo hercle loquere tuum mihi nomen, ni piget. 498. Men. Lieber, iſt dirs nicht beſchwerlich, ſo ſage mir wie du heiſt.

Reſponde quæſo, quod tibi nomen eſt. 480. Men. Lieber ſage mir, wie dein name heiſt.

Dic obſecro hercle ſeriò, quod te rogem, caue mihi mendacij quicquam. 134. Aſin. Lieber ſage mir in einem ernſt, was ich dich frage, ſihe das du mir keine lügen ſageſt.

Eloquere vt quod ego neſcio, id tecum ſciam. 595. Mer. Sage mir was es iſt, das ich das von dir erfahre, das ich bisher nicht gewuſt habe.

Iſtud quid ſit, quod ſcire expetis, eloquere: quod ipſe ſcibo, te faciam vt ſcias. 134. Aſin. Sage frey heraus, was du begereſt zu wiſſen: wie ichs weis, wil ich dirs ſagen.

Eloquere nobis vtrunque, & quid tibi eſt, & quid velis noſtram operam, vt nos ſciamus. 516. Ciſt. Sage vns beides was dir fehlet, vnd warin wir dir dienen können, das wirs wiſſen.

Amabo mi ſenex eloquere. P. exquire quid vis, quod tu mihi imperas, ego faciam. 573. Mer. Lieber alter ſage mirs doch. P. Frage was du wilſt, was du von mir haben wilt, das wil ich thun.

Iam animum aduerte, ac mihi quæ dicam ediſſere. 239. Cap. Horch mir zu, vnd antworte mir was ich dich fragen wil.

Digitized by Google

Quin rem actutum ediſſeris? P. placidè ergo vnum quodq; rogita, vt acquieſcam. 146. *Aſin.* Sagſtu mir nicht riſch, was der handel iſt? P. thu gemach, vnd frage eins nach dem andern, das ich ein wenig verſchnauben kan.

Quid eſt, quod vis? P. dicam, etenim placidè volo. 563. *Mer.* Was iſt es denn, das du haben wilt? P. ich wil dirs ſagen, aber ich wil dirs heimlich ſagen.

Tuum eſt principium, ne parce voci, vt audiat. 544 *Mil.* Du ſolſt anfahen zu reden, ſchrey flucks, das ers hören kan.

Iam priuſquam ſum elocutus, ſcis. P. laſſitudinē hercle verba tua mihi addunt. 562. *Mer.* Ehe ich ausrede, weiſtu was ich ſagen wil. P. Du machſt mich gar müde mit deinem geſchwetze.

Tace obſecro hercle, næ tua vox validè valet. 757. *Per.* Lieber halt das maul, du kanſt allzu wol ſchreyen.

Magis cum otium mihi & tibi erit, tecum loquar. 285. *Caſ.* Wenn wir beide werden mehr der weile haben, wil ich mit dir reden.

Quaſi affuerim ſimulabo, atq; audita eloquar. 65. *Amp.* Ich wil mich ſtellen als wer ich da geweſt, vnd ſagen was ich gehört habe.

De ea re ſigna atq; argumenta paucis verbis eloquar. 106. *Amph.* Ich wil von dem handel anzeigung

gung vnd beweiſung kürtzlich vorbringen.

Hanc rem, vt facta eſt, eloquar. 108. Amp. Ich wil ſagen, wie es ergangen iſt.

Ne quis miretur, qui ſim, paucis eloquar. 177. Aul. Das ſich niemandt verwunder wer ich ſey, ſo wil ich kürtzlich meldung thun.

Nunc vos animum aduertite, dum argumentum eloquar. 61. Amph. Nun höret mir zu, weil ich den inhalt erzele.

Comœdiæ huius, quam nos modo acturi ſumus, & argumentum & nomen vobis eloquar. 509. Mil.

Cuius iuſſu venio, & quamobrem venerim, dicam, ſimulq; ipſe eloquar nomen meum. 59. Amph. Auff wes befehl ich hie ſey, vnnd warumb ich kommen ſey, vnnd wer ich ſey, wil ich zu wiſſen thun.

Scis? P. teneo iſtuc ſatis. 324. Ciſt. Verſteheſtu es? P. ich verſtehe das allzu wol.

Satin intelligis? P. Intelligo hercle, ſed quo euadas neſcio. 646. Pœn. Verſteheſtu es nicht? P. ich verſtehes wol, ich weis aber nicht wo du hinaus wilt.

Quæſo non me intelligis? P. qui (malum) intelligere quiſquam potis eſt, ita nugas blatis? 84. Amph. Lieber verſteheſtu mich nicht? P. wer

 kan

Digitized by Google

kan dich verſtehen, dieweil du mit ſolchen poſſen vmbgeheſt?

Tenes iam? P. propemodum, atq; auſculto perlibens. 848. Trin. Verſteheſtu mich itzunder? P. ia ein wenig, vnd höre dir gerne zu.

Teneo, quid animi veſtri ſuper hac re ſit. 60. Amph. Ich verſtehe wol, was ihr in der ſachen geſinnet ſeidt.

Teneo. P. memor es probè. 147. Aſin. Ich verſtehe es wol. P. du haſt ein gut gedechtnis.

Nunc ego teneo, nunc ſcio quid ſit hoc negocij. 231. Cap. Ich verſtehe es nun wol, ich weis nun wol, was das vor ein handel iſt.

Nunc vt rem teneatis rectius. 62. Amph. Das ihr die ſache deſter beſſer faſſen müget.

Sic eſt, vt loquor. 604. Pſeu. Es iſt wie ich dir ſage.

Profecto vt loquor, ita res eſt. 82. Amph. Es iſt trawen wie ich dir ſage.

Haud mentior, resq; vti facta, dico. 82. Amph. Ich liege nichts, ich ſage wie die ſache an ihr ſelber iſt.

Ita me amabit, quam ego amo, vt ego haud mentior. 258. Cur.

Quid merear, quamobrem mentiar? 472. Moſt. Was hilfft michs, wenn ich gleich liege.

Non habeo vllam occaſionem, vt apud te falſa fabuler. 370. Epi. Ich hab nicht vrſach, dir etwas erlogens zu ſagen

Ita,

Ita, vt dicis, facta haud nego. 444. Most. Ich bekens, es iſt wie du ſageſt.

TER. Iſtud quicquid eſt, qua hoc occœptum eſt cauſſa, loquere. 65. a. Heau. Es ſey wie ihm wolle, ſo ſage mir, warumb es ſey angefangen.

Iſtuc quicquid eſt, fac me vt ſciam, ne retice, ne verere. 52. b. Heau. Es ſey was es wolle, ſo offenbare mirs, verſchweige mirs nicht, fürchte dich nicht.

Id primum dicam, deinde quod veni, eloquar. 51. a. Heau.

Quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. 51. a. Heau. Warumb ich das auff mich genomen habe, wil ich kürtzlich anzeigen.

Si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin? 42. a. Eun. So er wil gewalt üben, ſo füre ihn vor den Richter, verſteheſtus?

Tenes quid dicam? 66. b. Heau. Verſteheſtu was ich meine?

Noſtin? 11. a. And.

XVIII.
BREVITATIS.

IN pauca, vt occupatus nunc ſum, confer quid velis. 604. Pſeu. Dieweil ich itzund zu ſchaffen habe, ſo ſage kürtzlich was deine meinung iſt.

Perge etiam, tenta, rem in pauca confer. 680. Pœn. Fare fort, verſuch es, vnd machs nicht lang.

Nunc

Nunc verba in pauca conferam, quid te velim, 136. Aſin. Ich wils mit kurtzen worten verfaſſen, was ich dein darff.

Quam potero, in verba conferam pauciſſima. 465. Men. Ich wils auffs kürtzte fürgeben.

Tum tu pauca in verba confer, quid datur, tanti in dica. 786. Per. Sags mit kurtzen worten, ſo viel ſie wert iſt, ſo theur beut ſie.

Hoc quicquid eſt loquere, in pauca refer, quid intus tumulti fuit. 299. Cas.

Quam potes, tam verba confer maximè ad compendium. 530. Mil. So viel dir müglich iſt, ſo machs auffs aller kürtzte.

Satis facundus, ſed fieri dictis compendium volo. 239. Capt. Du biſt beredt gnug, aber ich wolte das du deinen worten etwas abbrechſt.

Compendio verba multa iam faciam tibi. 384. Bac. Ich wil dir in einer kürtze viel ſagen.

Satis verborum eſt, cura quæ iuſſi, atq; abi. 213. Cap. Du haſt gnugſam geplaudert, thu was ich dich heiſſe, vnd heb dich hinweg.

Loquere paucis, non longos logos. 489. Men. Sag es kürtzlich, vnd mach nicht viel ſchwermens.

Non potuit paucis plura proloqui, verum nequeo me continere quin loquar. 472. Men. Er hat mit wenig

wenig worten nicht mehr ſagen können, vnd ich kans vbers hertz nicht bringen, ich mus ihm nach ſagen.

Aduerte animum, tu paucis expedi, quid poſtulas. P. dixi equidem, ſed ſi parum intellexti, dicam denuo. 724. Rud. Merck du drauff, du aber ſage kürtzlich was dein beger iſt. P. ich habe es zuuor geſagt, dieweil dus aber nicht verſtanden haſt, wil ich dirs noch ein mal ſagen.

Reſpondit mihi paucis uerbis, atque adeo fideliter, quod tibi eſt, item ſibi eſſe magnam argenti inopiam. 258. Cur. Er hat mir kürtzlich geantwortet, vnd mit waren worten, das es ihm ſo wol an gelt mangele, als dir.

Odioſa eſt oratio, cum rem agas, longinquum loqui, quicquid eſt, ad capita rerum perueni. 577. Mer. Es iſt verdrieslich zu zuhören, ein lang geſchwetz machen, wenn man zur ſachen greiffen ſol, es ſtehe wie es wölle, ſo zeige mir kürtzlich an, was der fürnemſte handel ſey.

In huiuſmodi negocio diem ſermone terere, ſegnicies mera eſt. 849. Trin. In einer loſen ſachen den gantzen tag mit ſchwatzen zubringen, iſt ein lauter thorheit.

Nimis longo ſermone utimur, diem conficimus, cum iam properato ſit opus. 849. Trin. Wir waſchen alzu lange, vnd bringen die zeit zu, do wir zur ſachen ſchnelle greiffen ſolten.

Cedò

Cedò te mihi ſolum. P: breuine an longinquo ſermone? P. tribus verbis. 538. Mil. Lieber ſage mirs allein. P. ſol ichs kurtz oder lang machen? P. ſag es mit dreien Worten.

Nimis longum loquor. 370. Epid. Ich mache all zu viel weſens.

Quid opus eſt verbis? 378. Ciſt. Was ſol ich viel Wort machen.

Quid multis verbis opus eſt? 479. Men.

Quid multa verba faciam? 663.

Illuc redij, vnde abij. 466. Men. Ich kom wider auff den handel, den ich hatte faren laſſen.

Illuc redi. P. quo ego redeam? 483. Men.

Nunc ad rem age redi. 490. Men. Greiff widerumb zur ſachen.

TER. Si potes, verbo expedi. 126. b. Phor. Iſt dirs müglich, ſo berichte mich mit einem worte.

Tu vno verbo dic, quid eſt, quod me velis. 2. a. And. Sage mirs mit einem worte, was du mein wilſt.

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. 136. b. Phor. Das ichs kurtz mache, vnd ſein geſchwetz faren laſſe.

Quid verbis opus eſt? 3. a. And. Was darffſtu viel Wort?

Quid multa verba? 37. a. Eun. Was ſol ich viel weſens machen?

Quid

Quid multis moror? 3. b. And. Was halt ich dich auff.

Omitte iſta, atq; ad rem redi. 80. a. Adel. Las das faren, vnd greiff wider zum handel.

Illuc quæſo redi, quò cœpiſti. 80. a. Adel. Kom wider zum handel, do du hatteſt angefangen.

Mane, ſcio, iſtuc ibam. 95. b. Adel. Halt inne, ich weis wol, ich wolt eben darauff kommen.

Auſculta. P. iſtic ſum. 70. 3. a. Hec. Hör mir zu, ich wolts eben thun.

Mane, hoc quod cœpi primum enarrem, poſt iſtuc veniam. 56. b. Heau. Halt inne, ich wil dir erſtlich hinaus ſagen das ich hat angefangen, vnd darnach wider zur ſachen kommen.

Sine peruenire quò volo. 27. Eun. Las mich doch ausreden.

XIX.

ATTENTIONIS.

ANimum aduerte, nunc licet mihi liberè quiduis loqui. 74. Amph. Höre mir zu, denn itzund mag ich frey heraus ſagen, was mir vmbs hertz iſt.

Nunc huc animum aduertito, vt ea quæ ſentio pariter ſcias. 220. Cap. Mercke drauff, das du eigentlich wiſſeſt, was meine meinung ſey.

Animum aduerte, vt quod ego ad te venio intelligas. 364. Epid. Mercke drauff, das du verne-

meſt,

meſt, warumb ich zu dir komme.

Animaduertite, ſi poſſum hoc inter uos componere. 270. Cur. Hőrt mir zu, ob ich den handel vnter euch künde vertragen.

Nunc iam huc animum omnes, ea quæ loquar, aduertite. 59. Amph. Hőrt mir nu alle fleiſſig zu, was ich euch ſagen wil.

Eloquar, animum aduertite igitur ambo. 588. Mer. Ich wils ſagen, derhalben hőrt mir beide zu.

Argumentum accipite, atq; animum aduertite. 465 Men. Hőrt auff den inhalt, vnd hőrt fleiſſig drauff.

Animum aduertas volo, quæ nunciare hinc te volo in patriam ad patrem. 221. Cap. Ich wolt das du zu hőreſt, vnd merckeſt was ich wolte, das du daheim meinem vater von meinet wegen ſagen ſolſt.

Veſtrum animum adhiberi volo, nam ego ad vos nunc imperitus rerum, diſcipulus uenio ad magiſtros. 800. Sti. Ich wolt das ihr fleiſſig drauff mercket, denn ich als ein vnerfarner komme zu euch, wie ein ſchüler zu ſeinem meiſter.

Hanc rem agite, atque animum aduertite. 268. Cur. Thut das, darumb ihr da ſeid, vnd habt achtung drauff.

Hoc agite, huc animum aduertite, huc adhibete aures, quæ ego loquor. 600. Pſeu.

Enim

Enimuero huc aures magis ſunt adhibendæ mihi. 293. Cas. Ich mus vorwar nu fleiſſiger zu hören.

Accipite, & date vacuas aures, dum eloquar. 825. Tri. Nemets an, vnd hört mir an andere gedancken zu was ich rede.

Eſt paucis quod monitos vos voluerim, profectò expediet nobis operam dare. 211. Cap. Ich habe euch ein wenig zu erinnern, vnd es wird euch gewislich nütze ſein, das ihr vns ein wenig zu hört.

Tantum ad narrandum argumentum eſt benignitas. 465. Men. Habt allein gedult, bis ich den inhalt erzele.

Atq; ad aduertendum huc animum adeſt benignitas. 558. Mer.

TER. Nunc quam rem uitio dent, quæſo animum aduertite. 1. a. And. Lieber mercket darauff, was ſie ihm doch ſchuld geben.

Date operam, & cum ſilentio animaduertite. 26. a. Eun.

Nunc quid petam, mea cauſſa, æquo animo attendite. 101. a. Hec. Was mein beger ſey, wollet freundlich anhören, mir zugefallen.

Nunc quid velim animum attendite. 122. b. Phor. Was ich zuthun geſinnet ſey, darauff wolt gute achtung haben.

E Fauete,

Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite. 1. b. *And.* Seid ſtille, vnd mercket fleiſſig darauff, vnd erkundet euch der ſachen.
Auſculta pauca. 13. a. *And.*
Auſculta paucis. 95. a. *Adel.* Mercke drauff mit wenig worten.
Qua gratia te accerſi iuſſi; auſculta. 27. a. *Eun.* Höre zu, warumb ich dich hab fordern laſſen.
Porrò auſculta, quod ſupereſt. 68. a. *Heau.* Höre weiter zu, was noch zu wiſſen iſt.
Iſtuc quicquid eſt, primum expedi. 47. b. *Eun.* Sage mir erſtlich, es ſey wie es wolle.

X X.

BENE PRECANDI.

DII dent, quæ velis. 861. *Trin.* Gott gebe dir was du wünſcheſt.
Dabunt dij, quæ velitis, vobis. 755. *Aſin.*
Dij tibi dent, quæcunq; optes. 135. *Aſin.* Gott gebe dir, was dein wunſch iſt.
Tantum tibi boni dij immortales dent, quantum tibi optes. 625. *Pſeu.* Gott gebe dir ſo viel gutes, ſo viel du wünſchen darffſt.
Dij tibi omnes, omnia optata afferant, cum me tanto honore honeſtas. 220. *Cap.* Gott gebe dir, was dein hertz begert, dieweil du mir ſolche ehre thuſt.
Eueniant volo tibi, quæ optas, atq; id fiat. 751. *Per.* Es widerfare dir was du wünſcheſt, vnd geſchehe auch.

Digitized by Google

Dij vobis multa bona dent, cum mihi bene præcipitis.662. Pœn. Gott gebe euch alles gutes, dieweil ihr mich ſo wol vnterweiſet.

Multa tibi dij dent bona, cum mihi hoc obtuliſti tam lepidum ſpectaculum.648.Pſeu. Gott verleihe dir alles gutes, dieweil du mir ein ſolch freudenſpiel gezeiget haſt.

Ita me dij ament, vt ob iſtam rem tibi multa bona inſtant à me.728.Per. Als mir Gott helffe, ſo wil ich dir derhalben alles guts thun.

Tibi Dij benefaciant omnes.780. Per. Gott thu dir alles gutes.

Tibi dij ſemper, quiſquis es, faciant bene.498. Men.

Dij te omnes adiuuent.236. Cap.

Dij tibi ſint propicij hercule.528.Mil.

Dij faciant, vt ſit diu, plus plusq; ſoſpitet iſtuc, quod nunc habes.194.Aul.Gott gebe das es lange were, vnd erhalte dir für vnd für, was du itzund haſt.

Dij te ament.636.Pſeu.

Dij fortunabunt veſtra conſilia.842.Tri. Gott wird euch zu ewerm anſchag glücke geben.

Dij me equidem omnes adiuuant, augent, amant. 481.Men.

Dij me ſeruant atq; amant.615.Pſeu.

Dij me ſeruatum cupiunt.629. Rud. Gott wil mich ſonderlich behüten.

*Dij me ſaluum & ſeruatum uolunt.*858.*Trin.* Gott wil mir helffen, vnd alles guts thun.

*Dij me hominesq́; reſpiciunt.*731.*Rud.* Gott vnd alle menſchen günnen mir guts.

Dij te ſeruaſſint mihi. 836.*Trin.* Gott wolte dich lang erhalten, mir zu gute.

*Ni omnes dij atq; homines deſerunt.*614.*Pſeu.* Wo mich nicht Gott vnd die menſchen verlaſſen.

Iuppiter ſupreme ſeruas me, measq́; auges opes. 233.*Cap.*

Serua Iuppiter me, & meum gnatum mihi. 240. *Cap.*

Quod bonum atque fortunatum mihi ſit. 291.*Cas.* Darzu mir Gott glück vnd gnade gebe.

*Quod tibi ſempiternum ſalutare ſit. P. Ita dij faxint.*181.*Aul.* Das dir Gott ewigen ſegen darzu gebe. P. das helffe Gott.

*Quæ res bene vertat, mihi & vobis.*271.*Cur.* Darzu gebe Gott mir vnd euch glücke.

Quæ quidem mihi atq; vobis res vertat bene. 133. *Aſin.*

Quæ res bene vertat mihi, meoq́; filio, uobisq́;. 221. *Cap.*

Quæ res recte vertat mihiq́; tibiq́;, tuæq́; filiæ. 183. *Aul.*

*Nunc quæ res tibi, et gnatæ tuæ bene feliciterq́; vertat: ita dij faxint inquito. P. ita dij faciant. P. & mihi ita dij faciant.*202.*Aul.* Welches das es mir

vnd

vnd deiner tochter zum beſten gereiche, ſo ſprich, das walt Gott. P. Gott geb es. P. vnd geb mir Gott auch glücke darzu.

Deos volo conſilia veſtra rectè vertere. 861. Trin. Ich bitte Gott, er wölle ewern anſchlegen einen guten fortgang geben.

Deos volo bene vertere iſtam rem vobis. P. & ego nobis omnibus. 269. Cur.

Si dij volunt. 386. Bacch. Ob Gott wil.

Efficiam id ego, ſi dij adiuuant. 218. Cap. Ich wil das zu wege bringen, hilfft mir Gott.

Et ego potero, & dij poteſtatem dabunt. 238. Cap. Ich wils enden, vnd Gott ſol mir darzu helffen.

Benedice, dijs ſum fretus, deos ſperauimus. 290. Cas. Bis nicht vngedultig, ich habe mich auff Gott verlaſſen, auff den hoffe ich auch.

TER. Dij tibi omnes omnia optata ſemper offerant. 99. b. Adel. Gott gebe, das du bekommeſt, was du wünſcheſt.

Saluus nobis, deos quæſo, vt ſit. 11. b. And. Gott helffe das er lebendig bleibe.

Hæc ita vt fiant, deos quæſo. 87. b. Adel. Gott gebe, das es alſo geſchehe.

Dij vertant bene quod agis. 14. b. Adel. Gott gebe dir glück zu deinem vorhaben.

Vtinam iſtuc dij faxint. 109. a. Hec. Ach das das Gott alſo wolte.

Quantum tibi dij dent opis. 63.a.Heau. So viel dir Gott gnade verleihet.

*Dij nos reſpiciunt.141.a.Phor.*Gott meinets gut mit vns.

*Et me & te imprudens, niſi quid dij reſpiciunt, perdidi.15.b.And.*Wo vns Gott nicht aushilfft, ſo hab ich mich vnnd dich in verderblichen ſchaden gefurt.

*Mihi deos ſatis ſcio, fuiſſe iratos. 15.b.And.*Ich weis gewis, das Gott dieſen handel verhindert hat.

Quid ſi hoc quiſpiam voluit Deus? 46.a. Eun.

XXI.
ORANDI.
Vt ignoſcat.

*PEr tua obſecro genua, vt tu iſtuc inſipienter factum ſapienter feras: mihiq; ignoſcas, quod animi impos vini vitio fecerim.892. Tru.*Ich bitte dich auffs demütigſte, du wolſt mir mein vnweislich vornemen zu gut halten, vnd mir verzeihen, das ich vnbeſonnen in voller weiſe gethan habe.

Fateor me peccauiſſe, & me culpam commeritum ſcio: id adeò te oratum aduenio, vt æquo animo ignoſcas mihi. 200. Aul. Ich bekens, das ich geſundiget vnd vnrecht gethan habe, derhalben kom ich zu dir, vnd bitte, du wolſt mirs gnediglich vergeben.

Oro

Digitized by Google

Oro te mihi ignoſcas, ſi quid imprudens culpa peccaui mea.372.Epi. Ich bitte dich, verzeihe mirs, ſo ich etwas vnuerſehens wider dich gethan habe.

Quæſo ignoſcas, ſi quid ſtultè dixi atq; imprudens tibi.498. Men. Lieber verzeih mirs, ſo ich etwas wider dich aus vnuerſtandt oder vnwiſſenheit geredt habe.

Te obteſtor, ſi quid ego erga te imprudens peccaui, vt mihi ignoſcas.202.Aul.

Te obſecro per deos atq; homines, inſcitiæ meæ & ſtulticiæ ignoſcas: nunc demum ſcio me fuiſſe excordem, cæcum, incogitabilem. 523. Mil. Ich bitte dich vmb Gottes vnnd aller frommen leute willen, du wolleſt mirs von wegen meiner vnwiſſenheit vnd thorheit verzeihen, denn itzt ſehe ich allererſt, wie vnbeſonnen, blindt, vnnd vnbedechtig ich geweſt bin.

Nunc te obſecro, ſtulticiæ adoleſcentiæq; eius ignoſcas: tuus eſt, ſcis ſolere illam ætatem tali ludo ludere.457.Moſt. Ich bitte dich du wolleſt ihm vmb ſeiner thorheit vnd ſeines alters willen verzeihen, er iſt der deine, du weiſt wol das iunge leute bisweilen pflegen zu narren.

Tibi vltro ſupplicatum aduenio, ob ſtulticiam meam. 201. Aul. Ich komme von mir ſelbſt zu

dir, das ich dir meine torheit abbitte.

Stultè feciſſe fateor, ſed quæſo pater, ne me in ſtultitia, ſi deliqui, deſeras: ego animo cupido atq; oculis indomitis fui, cuius nunc me facti pudet. 410. Bach. Ich bekens das ich thörlich gehandelt habe, aber lieber vatter ich bitte dich, ſo ich vnrecht gethan habe, du wolleſt mich inn meiner thorheit nicht ſtecken laſſen, ich bin ia vnuerſonnen vnnd vnuorſichtig geweſt, welches mir hertzlich leidt iſt.

Oro, obſecro, da mihi hanc veniam, ignoſce, iratus ne ſis. 98. Amph. Ich bitte vnd flehe, ſchencke mir das, verzeihe mirs, bis nicht ſo zornig.

Si quid feci, ignoſcere id te mihi æquum eſt. 646. Pæn. So ich etwas verſehen habe, iſt es billich das du mirs verzeiheſt.

Sine hoc exorare abs te, vt iſtuc delictum deſiſtas tantopere ire oppugnatum. 416. Bach. Las dich erbitten, das du nicht ſo heftig ſtürmen wolſt wider dieſe miſſethat.

Te obteſtor, teq; oro & quæſo vt ne te pigeat dare operam mihi, quod te orabo. 709. Rud. Ich bitt dich ſo ſehr ich kan, oder ſol, das du wolſt vnbeſchwert ſein mir zu dienen darumb ich dich bitten wil.

Te obſecro, & hunc cognatum, quem tuum eſſe intelligo, quando boni eſtis, vt bonos facere addecet,

cet, facito oro, vt veſtro ſubueniatis ſupplici. 686. Pœn.

Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum, quæ in locis neſcijs, neſcia ſpe ſumus, vt tuo recipias tecto, ſeruesq́; nos, miſerarumq; te ambarum vti miſereat, quibus nec locus vllus, nec ſpes parata eſt, neq; hoc amplius, quam quod vides, nobis quicquã eſt. 698. Rud.

Obſecro, infidelior mihi ne ſis quam ego ſum tibi. 223. Cap. Ich bitte, du wolſt mir nicht vntrewer ſein, denn ich dir bin.

Obſecro te, quisquis es, operã vt des mihi, neu ſinas in me inſignitè fieri tantam iniuriam. 496. Men. Ich bitte dich, wer du biſt, du wolſt mir helffen, vnd nicht zu geben, das an mir ſo groſſe gewalt geübet werde.

Experiar opibus, omni copia, ſupplicabo, exobſecrabo, vt quemq; amicum videro, dignos indignos adire atq; experiri certum eſt mihi. 143. Aſin.

Quid opus eſt verbis? lingua nulla eſt, qua negem, quicquid roges. 238. Cap. Was darffſtu viel wort machen? ich kan dirs nicht verſagen, was du biteſt.

Opta ob iſtum nuncium quid vis tibi. P. quid ſi optabo? P. deos orato, vt eius faciant copiam. 586.

Mer. Bitte von mir was du wilt, von wegen der guten botſchafft. P. Wie wenn ich dich denn bete? P. So bitte Gott darneben das er dirs geben wolt.

Quiduis, dum ab re nequid ores, faciam. 220. Cap. Ich wil thun was du wilſt, beger allein was dir dienſtlich iſt.

Promeruiſti, vt ne quid ores, quod velis, quin impetres. 499. Men. Du haſts alſo vmb mich verdient, das ich dir nichts kan abſchlagen, was du begereſt.

Iuſtam rem et facilem eſſe oratum à vobis volo. 59. Amph. Ich wil euch vmb ein billich vnd ſchlecht ding bitten.

Et ius & æquum poſtulas, ſumas. 810. Sti. Du begerſt was recht vnd billich iſt, ſehe hin, do haſtu es.

Optimum atq; ęquiſſimum orat, fac cauſſa mea. 501. Men. Er begeret was recht vnnd billich iſt, thu mirs zu gefallen.

Quæſo hercle, noli mea cauſſa hunc verberare. 149. Aſin. Lieber thu ihm nichts, mir zu gefallen.

Hoc me orare à vobis iuſſit. 60. Amph.

Id te orare iuſſerat, profectò vt faceres, ſuam ſi velles gratiam. 261. Cur. Er leſt dich bitten, du wolſt das thun, ſo du anders ſeine gunſt haben wilt.

Te

Digitized by Google

Te orare atq; obſecrare iuſſit.536. Mil. Er leſt dich demütiglich vnd vmb Gottes willen bitten.

Orare ait te multum, vt hoc nunc vna opera efficias.480.Men.Er leſt dich fleiſſig bitten, du wolleſts ihm in einer mühe mit ausrichten.

Vos omnes opere magno eſſe oratos volo. 280. Cas. Ich wil euch alle ſonderlich gebeten haben.

Si tu me roges, dicam, vt ſcias. P. ſi rogitem, quid reſpondeas? 248. Cur. So du mich frageſt, ſo wil ich dir guten beſcheidt geben, P. Wenn ich denn frage, was wolſtu darzu ſagen?

Modeſtiæ in rogando.

Magna eſt res, quam ego tecum otioſe, ſi otium eſt, cupio loqui. P. dic bona fide: 201. Aul. Es iſt eine wichtige ſache, die ich mit dir in ſonderheit, ſo dirs gelegen, zu reden habe. P. ſage mirs auff gut vertrawen.

Te volo percontari, operam mihi da, opera reddetur tibi.350.Epid.Ich wil dich vmb was fragen, höre mir zu, ich wil dir wider zu hören.

Niſi moleſtum eſt, paucis percontari volo ego ex te. P. dabitur opera atq; in negotio. 603. Rud. So dirs nicht entgegen iſt, ſo wil ich dich vmb etwas fragen. P. ich wils hören, wenn ich gleich zu thun hette.

Niſi

Digitized by Google

Niſi moleſtum eſt, percontari hanc paucis hic vult. P. maximè ſuo arbitratu. 784. Per. So dichs nicht verdreuſt, er wil ſie ein wenig fragen. P. er mags thun, nach ſeinem wolgefallen.

Tibi percontari licet, quæ velis. 784. Per. Du magſt fragen was du wilſt.

Volo te verbis pauculis, ſi tibi moleſtum non eſt. 364. Epid. Ich wil dich ein wenig anſprechen, ſo dirs nicht zu wider iſt.

Niſi tibi incommodum eſt. 447. Moſt. Wo dirs nicht vngelegen.

Non eſt illi commodum. 587. Mer. Es iſt ihm nicht gelegen.

Proinde vt commodum eſt, & libet. 81. Amp. nach dem dirs gelegen iſt, vnd auch wolgefelt.

Reſponde quod rogo.

Aufer iſta quæſo, atq; hoc reſponde, quod rogo. 256. Cur. Las die poſſen faren, vnd antworte mir auff das, das ich dich frage.

Hoc mihi reſponde primum, quod ego te rogo. 445. Moſt.

Quando vir bonus es, reſponde quod rogo. P. roga quod lubet. 270. Cur. Dieweil du ein frommer man biſt, ſo antwort was ich dich frage. P. frage was dir wolgefelt.

Omitte iſta, atq; hoc, quod rogo, reſponde. P. rogita quod vis. 154. Aſin. Las dis farẽ, vnd gib beſcheid

was

was ich dich frage. P. frage was dir gefelt.

Credo ita eſſe factum vt dicis, ſed mihi hoc reſponde. P. roga. 500. Men. Ich gleub, es ſey wie du ſageſt, aber antwort mir auff eins.

Rogare hoc vnum te volo. P. roganti reſpondebo, exquire quid vis. 574. Mer. Ich wil dich allein eins fragen. P. ſo du frageſt, wil ich dich berichten, erkunde dich bey mir, was du wilt.

Dic obſecro hercle ſerio, quod te rogem: caue mihi mendacij quicquam. P. quin tu ergo rogas? 134. Aſin. Lieber bekenne mir gerade zu was ich dich frage, ſich das du mir keine lügen ſageſt. P. Warumb fragſtu denn nicht?

Hoc quidem te interrogo, reſponde. P. quin tu, ſi quid vis, roga. 563. Mer. Was ich dich frage darauff antworte. P. ſo frage, was du wilſt.

Nunc agite, vterq; id quod rogabo dicite. P. vbi lubet roga, reſpondebo, nihil reticebo, quod ſciam. 499. Men. Nu wolan, ſagt mir alle beide, was ich euch fragen wil. P. frage ſo dirs gefelt, ich wil dir antworten, vnd nichts verhalten was ich weis.

Quæſo quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui. P. dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non libeat loqui.

Huc me aſpecta, & reſponde mihi. 434. Moſt.

Aliud

Digitized by Google

Aliud te rogo. P. aliud ego nunc tibi reſpondeo. 456. Moſt. Ich frage dich von zwibeln. P. ſo antworte ich dir von knobeloch.

Caue quicquam, niſi quod rogabo te, mihi reſponderis. 83. Amph.

Hoc quod te rogo, reſponde mihi. P. quæſo quid rogas? 564. Mer. Antworte mir darumb ich dich frage. P. was fragſtu denn?

Tu ſi quid opus eſt dic. P. dic, quod te rogo. 693. Rud.

Num non vis me interrogare te? P. imò, ſi quid vis, roga. 182. Aul. Wilſtu nicht das ich dich fragen ſol? P. frage was du nicht vnterlaſſen kanſt.

Bene hoc habet, age nunc iam ex me exquire, rogita quod libet. 371. Epid. Die ſache ſtehet wol, forſche nur weiter, vnd frage was dich gelüſtet.

Multa ſimul rogitas, neſcio quid expediam potiſſimum, ſin vnumquoduis ſingillatim & placidè percontabere, & meum nomen, & mea facta, & itinera ego faxo ſcias. 852. Trin. Du frageſt viel auff ein hauffen, ich weis nicht worauff ich dir fürnemlich antworten ſol, Wilſtu aber ein iedes inſonderheit vnd vnterſchiedlich hören, ſo wil ich dir ſagen wie ich heiſſe, was meine handtierung ſey, vnd von wann ich herkomme.

TER.

TER. Te oro, vt alia tua facta ſunt, æquo animo ignoſcas.145. b. Phor. Ich bitte dich, wie du dich ſonſt freundtlich gehalten haſt, du wolſt mirs gnediglich verzeihen.

Tu obſecro, quanto tuus eſt animus natus grandior, ignoſcentior, vt meæ ſtulticiæ iuſticia tua ſit aliquid præſidij.64.b. Heau.

Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere.19.b. And. Ich bitte dich vmb Gottes willen, du wolleſt dich nicht vberreden laſſen, das du ihm gleubeſt.

Per ego te deos oro, & noſtram amicitiam.13. a. And.

Te per amicitiam, & per amorem obſecro.

Mitte orare.21.b. And. Höre auff zu bitten.

Orandi iam finem fac.19. a. And.

Ne me obſecra, quaſi hoc te orando à me impetrare oporteat.13.a. And. Hör auff zu bitten, gleich als könte ichs nicht vngebeten thun.

Orare iuſſit, vt ſi ſe ames, iam ad ſeſe venias, videre ait te cupere.16.b. And.

Maximo te orabat opere, vt cras redires.36.a. Eun. Er leſt dich freundtlich bitten, du wolſt morgen widerkommen.

Abs te poſtulo, atque oro, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.19. b. And.

Ich

Ich begere vnd bitte, du wolſt mir dein willige dienſt, die du mir lang mit worten haſt angebotten, itzund mit der that beweiſen.

Ego te in hac re mihi oro ut adiutrix ſis. 450. Eun. Ich bitte dich du wolſt in der ſachen mein beyſtand ſein.

Oro te in commune vt conſulas. 13. a. And. Ich bitte dich du wolleſt helffen ins gemein das beſte rhaten.

Quod vt efficerem, orando ſurdas iam aures reddideras mihi. 58. a. Heau. Du haſt mich mit hefftigen bitten ſchier taub gemacht, das ich dir das wolte ausrihten.

Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt. 95. a. Adel.

Vbi moleſtum non erit, vbi tu voles. 35. a. Eun. Wenn dirs wird gelegen ſein, wenn du wol der weile haſt.

Si commodum eſt. 63. b. Heau.

Si id non commodum eſt. 35. b. Eun.

XXII. OPERAM DANDI.

Factum à vobis comiter, quoniam dediſtis aduocati operam mihi. 666. Pæn. Ihr habt freundlich gehandelt, vnd mir als meine beyſtende, ein guten dienſt gethan.

Obſecro te, reſecro, operam da hanc mihi fidelem. 743. Per. Ich bitte dich, vnd bitte noch ein mal,

ein mal, du wolleſt mir in der ſachen trewlich dienen.

Hoc mihi ægrè eſt, me huic dediſſe operam malam, qui nunc propter me, meaq; verba vinctus eſt. 231. Cap. Das verdreuſt mich, das ich ihm ſo übel gedienet habe, denn vmb meinet willen, vnd meiner vnbeſunnen rede willen, iſt er gefangen.

Hic annus ſextus, poſtquam rei huic operã damus. 472. Men. Es iſt nu das ſechſte iahr, das wir darmit vmbgehen, vnd nichts anders für haben.

Vult nouus herus operam dare tuo veteri domino, quod is velit, fideliter. 221. Cap.

Bene & benignè facitis, cum hero meo operam datis. 660. Pœn.

Cape virtutem animo, & corde expelle deſidiam tuo, in foro operam amicis da. 844. Trin. Faſſe dir ein mut, vnnd lege die faulheit ab, vnd diene zur not deinen freunden.

Vbi lubet recita, aurium operam tibi dico. 410. Bacch.

Do tibi operam, ſi quid eſt, quod me velis. P. ex me audies vera, quæ nunc falſa opinare. 228. Cap. Ich wil dir zu hören, ſo du es von mir haben wilſt. P. du ſolſt nun erfaren, das es war ſey, das du bisher vor vnwar gehalten haſt.

Da mihi operam parumper, paucis eſt quod te volo, de communi re appellare, mea & tua 183. Aul. Bis mir ein wenig zu gefallen, ich hab dich kürtzlich anzuſprechen, in einer ſache die mich vnd dich angehet.

Niſi quid magis es occupatus, operam mihi da. P. maximè. 453. Moſt. So du nicht nötigers zu thun haſt, ſo diene mir. P. ich wils gerne thun.

Si quid tu placidè ocioſeq́; agere vis, operam damus. 658. Pœn. Wilſtu gemach mit der ſacheu vmbgehen, vnd dir der weile nemen, ſo wollen wir dir dienen.

Do ego tibi operam. P. tibi itidem das, vbi tuum amicum adiuuas. 784. Per. Ich wil dir dienen. P. du dienſt dir darmit ſelbſt, wenn du einen guten freund forderſt.

Ego relictis rebus operam quærendo dabo. 368. Epid. Ich wil alles ſtehen vnd ligen laſſen, vnd ihn ſuchen.

Dabitur opera, atq; in negotio. 693. Rud. Ich wil dir dienen, ob ich gleich ſonſt zu thun habe.

Si mihi dat operam, me illi iraſci iniurium eſt. 199. Aul. So er in meinen geſchefften iſt, ſo iſts vnbillich, das ich wolt auff ihn zornig ſein.

Te volo domi vſq; adeſſe. P. quin tibi hanc operam dico. 613. Pſeu. Ich wolt gerne das du mein daheim warteſt. P. ich wil dirs zu gefallen ſein.

Da in hunc diem operam quæſo mihi, ne quod te ad aliud occupes negocium. 612. *Pſeu. Bis mir den tag zu gefallen, das du nichts anders vorncmeſt.*

Operam & pecuniam benigne præbuiſti. 264. *Cur. Du haſt mir freundlich mit dienſt vnd gelde gedienet.*

Gere patri morem, optimè operam das. 68. *Amph. Bis dem vater zu gefallen, du lcgſt deinen dienſt wol an.*

Operam præterea nunquam ſumam quærere. 472. *Men. Ich wil mich nicht mehr bemühen ihn zu ſuchen.*

Ne nimio opere ſumat operam, ſi quem conuentum velit. 263. *Cur.*

Quid operam ſumam aut conteram? 440. *Moſt. Was ſoll ich mich vergebens bemühen, vnd nichts ausrichten?*

Perdidiſti te, atq; operam meam, qui tibi nequicquam ſæpe monſtraui bene. 383. *Bacch. Du haſt dir ſelber geſchadt, vnd mein dienſt hat dich nichts geholffen, dieweil ich dir ſo viel guts vergebens habe furgeſagt.*

Iam conueniam illum, inueſtigabo, operæ ego non parcam meæ. 549. *Mil.*

Operam accuſari non ſinam meam. 754. *Mer. Ich wils alſo machen, das keine klage vber mich komme.*

Digitized by Google

Opera huc eſt conducta veſtra, non oratio. 191. *Aul.* *Man hat ewer hende her gemietet, das ihr erbeiten ſolt, vnd nicht das maul, das ihr vnnütze rede treiben ſolt.*

Sine tua opera nihil dij horum facere poſſunt. P. *equidem hercle addam operam ſedulo.* 815. *Cis.*

Seruire tibi poſtulas viros? dare vna opera penſum poſtules inter ancillas, ſedere iubeas, lanam carpere. 489. *Men.* *Leſt du dich düncken, die menner ſöllen dir dienen? das wer gleich, als wolſtu ihnen einen rocken anlegen, vnd ſie vnter die meide ſetzen, vnd ſpinnen heiſſen.*

T E R. *Iſtuc times, quod ille operam amico dat ſuo.* 71.*a.Heau.*

Nos otioſi operam dabamus ei. 124.*b.* *Phor.* *Wir leiſten ihm geſelſchafft, dieweil wir ſonſt nichts zu thun hatten.*

Amori operam dare. 52.*b.Heau.* *Der bulerey nachlauffen.*

Rei dare operam. 78.*a.* *Adel.* *Nach narung trachten.*

Næ meam herus eſſe operam deputat parui precij. 119. *b.* *Hec.* *Mein herr leſt ſich düncken mein dienſt werde mir nicht ſawer.*

Paulum da mihi operæ, fac vt admittar. 30.*a.* *Eun.* *Lieber diene mir ein wenig, vnd hilff mir hinein.*

Diſſolui

Diſſolui me, ocioſius vt tibi operam darem. 6. b. Heau. Ich bin ruſtig daruon kommen, das ich dir konte mit mueſſen dienen.

Dicam, vt dixeram, operam daturum me hodie non poſſe iјs dare. 61. a. Heau. Ich wils ihm ſagen, wie ich mich hat hören laſſen, ich wolt ihm dienen, das ichs itzt nicht thun kan.

XXIII.
NEGOCII EXEQVENDI.

PErfectum ego hoc dabo negocium. 323. Cis. Ich wil dir die ſache ausrichten.

Pulcrè ego explicatam tibi rem dabo, habe animum bonum. 624. Pſeu. Ich wil dir die ſache fein ausrichten, ſey du nur guts muts.

Nil tu me moueris, memini & ſcio: ego hoc effectũ lepide tibi tradam. 260. Cur. Du darffſt mich nicht erinnern, ich gedenckes vnd weis es noch wol, ich wil dir die ſache fein hinaus furen.

Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas. 543. Mil. Ich wil mein befehl ſo ſchleunig ausrichten, das du mich nicht ſchelten kanſt.

Quanquam negocium eſt, ſi quid vis, non ſum occupatus vnquam amico operam dare. P. benignitatem tuam mihi experto prædicas. 567. Mer. Wann dir was fehlet, ob ich gleich zuthun habe,

ſo bin ich kein mal vnmüſſig einem guten freunde zu dienen. P. dein guter will, ob du mirs wol nicht ſageſt, iſt mir nicht vnbewuſt.

Ad portum propero, nam ibi mihi negocium eſt. 568. Mer.

Cito tranſcurre curriculo ad nos, ita negocium eſt. 523. Mil. Lauff ſchnel zu vns heim, denn es mus alſo ſein.

Propera hanc perlegere queſo epiſtolam, ita negocium eſt. 637. Pſeu. Lis den brieff balde, denn die ſache erfordert es.

Niſi negocium, progredere ante ædes. 532. Mil. Haſtu nichts zuthun, ſo kom zu mir vor die thür.

Vxori facito vt nuncies, negocium mihi eſſe in vrbe, ne me expectet. 566. Mer. Sage meinem weibe, das ich in der ſtadt zu thun hab, ſie darff nicht auff mich warten.

Negocij nunc ſum plenus. 607. Pſeu. Ich habe alle hende vol zu thun.

Id negocium inſtitutum eſt, non datur ceſſatio. 670 Pæn. Der handel iſt nu angefangen, es mus nu mehr kein verzug ſein.

Lepidè hoc ſuccedit ſub manus negocium. 533. Mil. Der handel gehet frey von ſtatten.

Mane quod tu occeperis negocium agere, id totum procedit diem. 745. Per. Was du frue anfeheſt, das

das gehet den gantzen tag wol von ſtatten.

Hanc ego rem exorſus ſum facetè & callidè, igitur prouenturam bene confido mihi. 758. *Per. Ich habe den handel meiſterlich vnd beſcheiden angefangen, vnd vorſehe mich er ſol wol hinaus gehen.*

Vt mihi quicquid ago, lepidè omnia proſpereq́; eueniunt. 613. *Pſeu. Wie gehet mirs alles wol vnd glücklich hinaus, was ich anfahe.*

Nihil eſt, quod hodie bene ſuccedat mihi. 128. *Amp. Es wil mir heute nichts glückſelig hinaus gehen.*

Vos à veſtris abduxi negocijs, neq; id proceſſit, qua vos duxi gratia. 692. *Rud. Ich hab euch von ewern geſchefften verhindert, vnd hat doch das keinen fortgang gehabt, darumb ich euch hieher gefordert habe.*

Vt quiſq; rem accurat ſuam, ſic ei procedit. 758. *Per. Nach dem ein ieder mit der ſachen geſchicklich vmbgehet, alſo gewint ſie einen fortgang.*

Quid hoc negocij eſt, quod omnes homines fabulantur per viam? 329. *Ciſt. Was iſt das für ein ſchöner handel, daruon alle leute auff der gaſſen zu ſagen wiſſen?*

Nimis miror, quid hoc ſit negocij. 476. *Men. Es nimpt mich ſehr wunder, was das für ein handel ſein ſol.*

Digitized by Google

In ædibus quid tibi meis nam erat negocij me abſen te, niſi ego iuſſeram? 190. Aul. Was haſtu in meinem hauſe zu thun, in meinem abweſen, do ich dir nichts befohlen hatte?

Quid hoc eſt negocij? quid ego deliqui? 230. Cap.
Quid negocij eſt, quamobrem ſuccenſes mihi? 230. Cap.
Quam rem ego agam, quid negocij geram? 468. Men.
Hoc negocij clandeſtino vt agerem mandatum eſt mihi. 536. Mil. Es iſt mir befohlen, ich ſol heimlich mit der ſachen vmbgehen.

Quid mecum tibi fuit vnquam, aut nũc eſt, negocij? 476. Men. Was habe ich ie mit dir zu ſchaffen gehabt, oder was hab ich noch mit dir zu thun?

Quid tibi negocij mecum eſt? 282. Cas.
Quid tibi mecum eſt rei? 744. Men.
Quid mihi tecum eſt? 490. Men.
TER. Paululum negocij mihi obſtat. 61. a. Hean. Ich hab ein wenig zu ſchaffen.
Quid hoc negocij, modo quod narrauit mihi hic intus? 102. b. Hec.
Quid huic hic negocij eſt? 91. b. Adel.
Quid huic hîc eſt rei? 119. b. Hec. Was hat der hie zu ſchaffen?

Etiamne

~~Etiamne tecum hîc res mihi eſt?~~ 67 b. Heau. Mus ich auch mit dir zu thun haben?
Nec rei fere ſane amplius quicquam fuit. 52. a. Heau.

XXIIII.
OFFICII COMMEMORATIO VEL PROMISSIO.

SI ego memorem, quę me erga multa feciſti bene, nox diem adimat. 212. Cap. So ich wolt erzelen ſo viel gutes du mir gethan haſt, ſo muſt ich einen gantzen tag darzu haben.
Neq; me vnquam deſeruiſti, neq; factis, neq; fide rebus in dubijs, egenis. 222. Cap.
~~Haud grauate egentes accepit, ad ſeſe, haud ſecus,~~ quam ſi ex ſe ſimus natæ. 702. Rud. Sie hat vns in vnſerem elende gantz vnbeſchwerlich zu ſich genommen, nicht anders als wenn wir ire leibliche tôchter weren.
Soror ſi mea eſſes, quî magis potueris mihi honorem ire habitum? 313. Ciſt.
Si ſeruus meus eſſes, nihilo ſecius obſequioſus mihi ſemper fuiſti. 222. Cap. Du haſt mir nicht weniger allzeit gedienet, als wenn du mein knecht wereſt.
Neq; ille eos honores, mihi quos habuit, perdidit: nam pol mihi grata acceptaq; eius eſt benignitas. 799. Sti.

Me honore honeſtiorem ſemper fecit & facit. 222. *Cap. Er hat mir allezeit groſſe ehr erzeiget, vnd thuts noch.*

Amicè benigneq́; honorem noſtrum habes. 689. *Rud.*

Ne me ſecus honore honeſtes, quàm cum ſeruiebas mihi. 217. *Cap. Du wolſt mich nicht anders halten, denn da du noch an meinem dienſt wareſt.*

Quando erga te benignus fui, atq; opera mea hæc tibi ſunt ſeruata: te mihi benignè itidem addecet bene merenti bene ferre gratiam. 734. *Rud. Dieweil ich dir ſo freundlich geweſt bin, vnd dir das deine durch meine hülff iſt errettet worden, ſo gebürt dir widerumb dem guts zuthun, von dem du wolthat empfangen haſt.*

Ego ſi te audeam, meum patrem nominem, nam ſecundum patrem, tu es pater proximus. 217. *Cap. Wenn ich dörffte ſo wolt ich dich meinen vater heiſſen, denn nach meinem vater weis ich keinen beſſern freund denn dich.*

Vt adhuc feci, faciam ſedulò, vt potiſſimum, quod in rem rectè conducat tuam, id petam, idq́; perſequar corde, & animo, atq; uiribus. 221. *Cap.*

Nec me ſecus vnquam ei facturum, quàm memet mihi. 223. *Cap. Ich wil ihm nichts anders thun, denn ich mir ſelbeſt wolt gethan haben.*

Magis

Magis cum periculum facies, magis noſces meam comitatem.526.Mil.

Aſſum, ſi quid opus eſt, impera, imperium exequar. 99.Amph. Do bin ich, ſo dir was fehlt, gebeut mir, ich wils ausrichten.

Aſſum, impera quod vis, neq; tibi ero in mora. 833. Trin.

Memor ſum & diligens, vt quæ imperes compareant.85.Amph. Ich gedencks vnd wil fleiſſig ſein auszurichten, was du mir befolhen haſt.

Pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere.68.Amph.

Da mihi operam amabo. P. tua eſt, vtere, atq; impera, ſi quid vis.181.Aul. Lieber thu mir einen dienſt. P. wie dirs gefelt, brauch mein, vnd gebeut mir was du wilſt.

Si quid opus eſt, quæſo dic atque impera. 674. Pœn.

Quin tu quicquid opus eſt, mihi audacter imperas. 618. Pſeu.

Cura quæ iuſſi, atq; abi. 213.Cap. Thu was ich dich geheiſſen hab, vnd gehe weg.

Hæc præcepta ſobriè vt cures, fac.531.Mil.

Et iſtud & illud, ſi quid curari volet, me curaturum dicito, quicquid volet, 480.Men. Es ſey dis

dis oder ein anders, das er wil ausgericht haben, ſo ſage, ich wol ihm thun was er haben wil.

Si quis quid veſtrum curari ſibi velit, is audacter imperato & dicito, ſed ita, vt det vnde curari id poſſit ſibi. 466. Men. So einer was auszurichten hat, der befehl mirs künlich, vnd ſage es one ſcheu, doch alſo, das er gelt mitgebe das ichs kan ausrichten.

Si quid mandare vultis, aut curari, argentum niſi qui dederit, nugas egerit. 644. Pœ. Wolt ihr etwas befehlen, vnd ausgericht haben, wer nicht gelt gibt, des ſache wird übel ausgericht werden.

Ibo intro, vt hæc quæ imperem, facta, cum veniat, ſint. 185. Aul.

Imperabis, quod ego potero, quod voles. P. voluptatem mihi imperas. 543. Mil. Du magſt befehlen, ich wil thun was ich vermag, vnd was du haben wilſt. P. es ſol meins hertzen luſt ſein dir zu gefallen zu leben.

TER. Si nunc memorare hîc velim, quam fideli animo & benigno in illam, & clementi fui, vere poſſim, ni te ex ipſa id magis velim reſciſcere. 111. b. Hec.

Audaciſſimè oneris quiduis impone, & feret. 143. b. Phor.

Quicquid oneris, impone, impera. 21. a. And. Leg ihm

ihm auff was du wilt, befihl ihm nur.

Scio te non vſum antehac amicitia mea, memorem me dices eſſe & gratum. 81.*b. Adel. Ich weis wol du haſt bisher meiner freundtſchafft nicht genoſſen, du ſolſt ſelber ſagen, das ich mich danckbar erzeigen werde.*

Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulcrè dices. 133.*a. Phor. Du ſolſt ſelber bekennen, das dir dein dienſt gnugſam bezalt iſt worden.*

Poſthac tibi quod potero, & quæ voles, faciamq; & dicam. 146.*b. Phor.*

Nitar, faciam, experiar, deniq; animam relinquam potius, quàm illas deſeram. 87.*b. Adel. Ich wil keine mühe noch fleis ſparen, vnd bey ihnen das leben zu ſetzen.*

XXV.

LAVDANDI.

A virtute, beneuolentia, & fide.

SEnex, qui huc Athenis exul venit, haud malus, neq; is adeo propter maliciam patriā caret: ſed dum alios ſeruat, ſe impediuit. 690. *Rud.*

Quo neq; induſtrior de iuuentute erat, arte gymnaſtica, curſu, armis, equo: parſimonia & duricia, diſciplinæ alijs eram. 426. *Moſt.*

Quo nemo adæquè iuuentute ex omni Attica antehac, eſt habitus parcus, nec magis continens. 423. *Moſt.*

Digitized by Google

Moſt.Es iſt niemands vnter allen iungen geſellen, den man vor ſperlicher vnd eingezogener gehalten hette.

Amicior mihi nullus viuit atq; is eſt:neq; cui magis me velle melius æquum ſiet. 586. Mer. Ich habe keinen beſſern freund denn ihn, vnd dem ich billicher guts gönnen ſolte

Nec eſt quiſquam mihi,æquè melius cui velim. 231. Cap. Ich weis keinen dem ich beſſer vnd günſtiger ſey,denn ihm.

Iam diu ego huic bene,& hic mihi volumus, & amicitia eſt antiqua,602.Pſeu.

Semper ſenſi filio meo te eſſe amicũ, & illum intellexi tibi.214.Cap. Ich hab alzeit gemerckt, das du meines ſohns guter freund ſeiſt, vnd hab auch nie anders von meinem ſohn vernemen können.

Quàm ille fuit meliorem, neq; tu reperies, neq; ſol videt.901. Sti.

Nec quenquam fideliorem, neq; cui plus credat,potes mittere ad eum, nec qui magis ſit ex ſententia. 220.Cap. Du kanſt ihm keinen trewern menſchen ſchicken, vnd dem er mehr gleube, vnd an dem er einen gröſſern gefallen habe.

Hic ſeruus mihi melior, quàm ſibi, ſemper fuit. 238. Cap. Der knecht iſt mir allezeit getrewer

trewer geweſt, denn ihm ſelbſt.

Pol iſthic haud me centeſimam partem laudat, quàm ipſe meritus eſt, vt laudetur laudibus. 222. Cap. Er hat mich nicht den hunderſten teil gelobet, wie er ſelber wol lobens werd were.

A nobilitate.

Fratres patrueles duo fuêre, ſummo genere & ſummis diuitijs. 643. Pœn. Sie ſind zweyer brůder kinder geweſt, von groſſem geſchlecht, vnnd ſehr reich.

De ſummo loco, ſummoq; genere. 210. Cap. Groſſes ſtandes vnd geſchlechtes.

Genere prognatam bono. 353. Epid.

Genere natum bono, ſed pauperem. 355. Epid. Blut edel, gut arm.

Adoleſcens apprimè nobilis. 317. Cis. Der von hohem adel iſt.

Genus illic vnum eſt, pollens atq; honoratiſſimum. 218. Cap. Es iſt ein einig geſchlecht, mechtig vnd wol gethan.

A pulcritudine, laudandi virum.

Hominem pulcrum, & præclara virtute, & forma. & factis. 539. Mil.

Virtute & forma & factis inuictiſſimus. 508. Mil.

Pulcer

Pulcer eſt & liberalis, vide, cæſaries quam decet. 508. Mil. Er iſt ſchön vnd erbar, ſihe doch wie er ſchöne haar hat.
Strenua facie, rubicundum, fortem. 699. Rud.
Hominem nimium lepidum, & nimia pulcritudine. 537. Mil.

Mulierem.

Mulier quàm lepidiſſima, quamq; adoleſcens maximè. 531. Mil.
Satin habes, ſi fœminarum nulla eſt, quàm æquè diligam? 79. Amph.
Plus amat, quàm te vnquam amauit. 351. Epid. Er hat dich itzund lieber, denn er dich ie gehabt hat.
Neminem amo merito magis quàm te. 284. Caſ.
Neminem hodie magis amat corde atq; animo ſuo. 872. Truc.
Nec eſt quiſquam mihi, æquè melius cui velim. 231. Cap.
Ecquid amas nunc me? P. imò edepol me, quàm te, minus. 293. Caſ.
Non edepol tu illum magis amas, quàm egomet, ſi per te liceat. 546. Mil.

Illa mulier lapidem ſilicem ſubigere, vt ſe amet, poteſt. 650. Pœn.

Vxor

Vxor ſenis ſenſit virum amori operam dare. 281. Cas.

Quouſq; quæſo ad hunc modum inter nos vtimur amore, ſemper ſurrepticio? 254. Cur.

Cur tu obſecro immerito meo, me morti dedere optas? P. ego te? quam ſi intelligam deficere vita, iam ipſe vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. 155. Aſin. warumb wilſtu mich on mein verdienſt vmbs leben bringen? P. wer ich? der ich ſelbſt, wenn ich dich ſterben ſehe, dir mein leben mitteilen wolte.

TER. *Amore ardeo. 26. b. Eun.*
Illam miſerè nunc amat. 92. a. Adel.
Hanc amare cœpit perdite. 124. a. Phor.
Magis te, quàm oculos nunc amo meos. 92. b. Adel.
Qui te amat plus, quàm hoſce oculos. 97. b. Adel.

Vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum. 27. a. Eun.
Sine illum priores partes hoſce aliquot dies apud me habere. 28. Eun.
Ad virginem animum adiecit. 27. b. Eun.
Aliȷs quia deſit quod amant, ægrè eſt: tibi quia ſupereſt, dolet: amore abundas. 125. b. Phor.

Quam ego animo egregiè caram pro vxore habuerim. 7. a. And.

Propè

Propè iam vt pro vxore haberet.52.b.Heau.
Amicā vt habeas,propè iam vxoris in loco?52.c.H.

I I.
CONTENTIONIS VEL PVGNÆ.

NVnc nos collatis ſignis depugnabimus. 291. Cas. Wir wollen nun mit auffgerecktem fenle ein treffen thun.

Ita rem natā eſſe intelligo, neceſſum eſt verſis gladijs depugnari.289.Cas.

Pro ſe quiſq; id,quod quiſq; poteſt & valet,edit,ferro ferit,tela frangunt.66.Amph.

Vi & virtute militum victum atq; expugnatum oppidum.65. Amph. Ein ſtadt die mit dem ſturm überweldiget vnd erobert iſt.

Regem ſua obtruncauit manu.67.Amph.

Non poſſunt mihi minacijs tuis hiſce oculi fodiri. 518.Mil.

Eripe oculum iſti ab humero.469.Men.

Oculum effodito.469. Men.

Quis hic eſt qui me capillo hinc de curru deripit? 491.Men.

Compreſſan palma an porrecta ferio? 391.Cas. Soll ich ihn mit flacher hand oder voller fauſt ſchlahē?

Proripite hominem pedibus, quaſi occiſam ſuem. 710.

710. Rud. Schleifft ihn bey den füſſen, wie ein abgeſchlagen ſchwein.

Cicatricem in dextro muſculo ex eo vulnere, quod mihi impegit, noui. 131. Amph.

Vt primum coiuit cicatrix ruſſula, ſublurida. 131. Per.

Tranſcidi loris omnes aduenienſ domi. 788. Per.

Vt adhuc fuit, mihi corium eſſe oportet ſincerum. 449. Moſt.

Nihil ego formido, pax mihi eſt cum mortuis. 438. Moſt.

Priuſquam vnum iniectum telum eſt, tum inſtat alterum. 670. Pœn.

Loricam induam mihi, optimum eſſe opinor. 300. Cas. Ich wil ein pantzer anziehen, das halt ich fur das beſte.

Galeam in naui perdidi, nunc mihi opportuna hæc eſſet, ſalua ſi foret. 715. Rud.

Catapulta oculus ictus eſt mihi. P. nam quid id refert mea, an aula quaſſa cum cinere effoſſus ſit. 260. Cur.

TER. Colaphis tuber eſt totum caput. 81. b. Adel. Es iſt mir mein heupt eine peule von ſchlegen.

Plus quingentos colaphos infregit mihi. 81. b. Adel.

Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat. 79. b. Adel. Verzeuh nicht ſo ich dir wincke, das du ihm die fauſt ins angeſicht ſchmeiſſeſt.

Niſi

Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere. 145. a. Phor.

Vel oculum exclude.145.a.Phor.

Adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſthac præcipitem darem. 83. b. Adel. Ich wolt ihm erſtlich die augen auskratzen, darnach den hals abſtürtzen.

Ipſum dominum, atque omnem familiam mulctauit vſq; ad mortem.78.a.Adel. Er hat den wirdt im hauſe vnd das geſinde geſchlahen, das ſie ſterben wollen.

Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe uſque ad necem? 129. Phor.

III.
PRIMAE EDVCATIONIS ET PARTIVM QVARVNDAM CORPORIS.

VTerum illi nunquam extumere ſenſi. 872. Truc.

Quæ nunquam fuit prægnans, qui parere potuit? P. cælabat, metuebatq; te illa, ne ſibi perſuaderes, vt abortioni operam daret, puerumq; vt enecaret. 872. Tru.

Peperit ſine obſtetricis opera, & ſine doloribus.318. Cis.

Illam geminos filios pueros peperiſſe conſpicor. 106. Amph.

K Vxorem

*Vxorem tuam neq; gementem neq; plorantem noſtrum quiſquam audiuimus, ita profectò ſine dolore peperit.*107.*Amph.*

Poſtquam parturire hodie vxor occœpit tua, vbi vtero exorti dolores, vt ſolent puerperæ, inuocat deos immortales, vt ſibi auxilium ferant.

In cunas condere

Colligare in cunabulis In eine wiege legen.

*Manus arctè colligare.*371.*Epid.*

*Puero opus eſt cibum, opus eſt matri autem quæ puerum lauit: opus nutrici autem vtrem vt habeat veteris vini largiter, vt dies noctesq; potet: opus eſt igne, opus eſt carbonibus, faſcijs opus eſt, puluinis, cunis, incunabulis, oleo opus eſt, farina puero opus eſt.*895. *Tru.*

*Mater ſua quæ mammam dabat.*495.*Men.*

*Mater ipſa quæ illos pepererat.*465.*Men.*

Poſtquam peperit pueros, lauare iuſſit nos. 197. *Amph.*

Forma ſimili pueri. 465. *Men.* Kinder die einander ehnlich ſein.

Ego ſæpe in ſpeculum inſpexi, nimis ſimilis eſt mei. 76. *Amph.* Ich hab offt in einen ſpiegel geſehen, er iſt mir gleich ehnlich.

Non potuit pictor rectius deſcribere eius formam. 148. *Aſin.* Es kont ihn kein maler eigentlicher abmalen.

Ea me ſpectatum tulerat.268.Cur.Sie hat mich ſpielen getragen.

Dentes.

Dentes mihi cadebant primulum.500. Men. Es fielen mir erſtlich die zeene aus.

Illi quidem haud ſanè diu eſt, cum dentes exciderunt. 575. Mer.

Clarè crepito dentibus.706.Rud.

Pol dentes pruriunt.69.Amph.

Num quî tibi adoleſcens malè an dentes pruriunt? 638.Pæn.

Oculi.

Clarè oculis video, pernix ſum manibus, pedibus mobilis.526.Mil.

Capillus.

Viden? capillus ſatis compoſitus eſt commodè? P. vbi tu commoda es, capillum commodum eſſe credito.430.Moſt.

Fictos, compoſitos, criſpos, cicinnos tuos, vnguentatos.879.Tru.

Contempla vſq; ab vnguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiuiſſima.369.Epi.

Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio eſt ſenex.526.Mil.

Buccæ.

Buccæ bellè purpuriſſatæ.876.Truc.

Quaſi ſentis labra mihi compungit barba.305.Cas.

Heus tu, qui cum hirquina aſtas barba.626. Pſeu.

Tondebo vſq; ad viuam cutem.386. Bacch.

Cape cultrum, ſeca digitum vel aurem, vel tu naſum, vel labrum: ſi mouero me, autor ſum, vti me eneces.567. Mer.

Aures.

Sine te prændam auriculis.653. Pæn.

Prahende auriculis, compara labella cum labellis. 157. Aſin.

Digiti.

Si hoc digitulis duobus ſumebas primoribus? 400. Bacch.

Venter.

Vacuus mihi venter crepitat.126. Amph. Der bauch gort mir fur hunger.

Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurant. 303. Cas.

Aetas.

Quibus ætas integra eſt. 601. Pſeu. Die do noch iung ſein.

Plenus ętatis.378. Mer. Der da nu wol bey iaren iſt.

Cum eſt ſanguis integer. 575. Mer. Wenn das geblût noch friſch iſt.

Plenus ſanguinis.383. Bacch.

Illum mater arctè contentèq; habet.136. Aſin. Sein mutter helt ihn hart vnd feſte.

Arctè

Arcte cohibitum eſſe ſe à patre. 360. Mer. Das er feſte gehalten ſey von ſeinem vater.

TER. Quem ego puerum tantillum in manibus geſtaui meis. 89. a. Adel. Als er noch ein kleines kind war, hab ich ihn auff den arm getragen.

Tuo nepoti, huius filio hodie primam mammam dedit hæc. 99. a. Adel.

Et recte & tempore ſuo peperit. 113. a. Hec.

Modo dolores occipiunt primulum. 83. a. Adel. Itzund gehet aller erſt das wehe an.

Omnes dentes labefecit mihi. 81. b. Adel.

Corpus ſolidum & ſucci plenum. 31. b. Eun.

Demiſſis humeris, vincto pectore. 31. b. Eun. Dünne vnd geſchlang.

IIII.
LVDI.

HOdie ire in ludum occæpi litterarium. 567. Mer. Heut hab ich angefangen in die ſchul zu gehen.

Canis ſi in ludum iret, potuiſſet iam fieri, vt probè literas ſciret. 747. Per. Wenn ein hund ſo lang were mit in die ſchule gelauffen, ſo ſolt er itzt das a b c können.

Hæccine te eſſe oblitum, in ludo qui fuiſti tamdiu? 142. Aſin. Solſtu das vergeſſen haben, vnd biſt ſo lang in der ſchul geweſt?

Tua iſta culpa eſt, quæ diſcipulum ſemidoctum abs te amoues. 142. *Aſin.* Es iſt deine ſchuld, das du deinen ſchüler nicht mehr geleret haſt.

TER. Sectari, in ludum ducere & reducere. 124. *a. Phor.* Mit einem gehen in die ſchul, vnd wider heim furen.

In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ. 104. *a. Hec.* Sie ſein alle in eine ſchule mit einander gangen.

Ei ludo, ſi vllus eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis ſcio. 104. *b. Hec.*

In quo hæc diſcebat ludo. 124. *a. Phor.*

V.

TEMPORIS.

Ante lucem. 84. *Amph.* Ehe der tag anbricht.
Primo diluculo. 90. *Amp.* So bald es tag wird.

A mane ad noctem. 438. *Moſt.* Vom morgen bis in die nacht.

Circiter meridiem. 440. *Moſt.* Vmb mittage.

Tun hodie huc perueniſti? P. die altero ad meridiem. 833. *Pſeu.* Biſtu heut erſt gewandert kommen? P. geſtern fur mittage.

Iam appetit meridies. 442. *Moſt.* Es iſt vmb mittage.

Tu facito ante ſolis occaſum vt venias aduorſum mihi. 478. *Men.* Ehe die Sonne vntergehet, ſihe das du mich heim holſt.

Si

Si abſq; te eſſem, hodie nunquam ad ſolis occaſum venirem. 446. *Men.* Wenn ich nicht ſolt bey dir ſein, ſo kündt ich dieſen abend nicht vberleben.

Veniſti media nocte, 79. *Amph.* Du biſt vmb mitter nacht kommen.

Quieui in naui noctem perpetem. 90. *Amph.*

Ad hoc diei tempus dormitaſti in otio. 144. *Aſin.* Du haſt noch bis auff dieſe zeit mit ruhe können ſchlaffen.

Redito huc canticinio. 157. *Aſin.*

TER. *Cum primo lucu.* 95. a. *Adel.* So baldt es begint zu tagen.

Nocte prima. 120. a. *Hec.*

Vt diei tempus eſt. 53. a. *Heau.* Nach dem es die zeit leiden wil.

De die. 18. a. *And.* Bey tage.

De nocte. 95. b. *Adel.* Bey nacht.

Totum deſedi diem. 119. b. *Hec.* Ich bin den gantzen tag do geſeſſen.

VI.
ELVDENDI.

Facile eſt miſerum irridere. 255. *Cur.* Es iſt ein ſchlecht ding, eines armen menſchen ſpotten.

Venis etiam vltro irriſum dominum? 82. *Amph.* Komſtu darumb her, das du deines herren ſpotten wilſt?

Digitized by Google

Haud decorum facinus tuis factis facis, vt inopem atq; innoxiū abs te, atq; abs tuis, me irrideas. 184 Aul. Du thuſt, das dir nicht wol anſtehet, darumb das du mich armen man, vnd der dir vnd den deinen kein leidt gethan hat, alſo verhöneſt.

Hi homines me non marem ſed fœminam rentur, ita me ludificant 522. Mil.

Sequere ſis, herum qui ludificas dictis delirantibus. 82. Amph.

Te ludificatus eſt, & me hodie indignis modis. 454 Moſt. Er hat mich vnd dich verhönet, das es eine ſchande iſt.

Omnibus hic ludificatur me dolis. 587. Mer.

Ludificatus eſt me hodie in perpetuum modū. 454. Moſt. Er hat heut ohn vnterlas ein narren aus mir gehabt.

Nunquam edepol me inultus iſtic ludificabit, quisquis eſt. 104. Amph. Es ſol ihm nicht geſchenckt werden, er ſey wer er wölle, der mich alſo effet.

Quem omnes mortales ignorant et lud ficant, vt lubet. 104. Amp. Es wil ihn niemandts kennen, vnd ein ieder deuſcht ihn, wie er ſelber wil.

Eia delicias facis. 476. Mer. Ey du ſpotſt meiner.

Enimuero facis delicias. P. de te quidem hæc di-

dici

dici omnia. 650. Pœn. Ich ſehe wol du ſpotteſt mein. P. Ich habs alles von dir gelernt.

Ludos & delicias facis. 650. Pœn. Du treibeſt narweiſe, vnd ſpotteſt mein.

Ut ſceleſtus nunc iſt ludos hic facit. 227. Cap. Wie richt der ſchalck eine poſſerey an.

Me hoc ætatis ludificari, imo edepol ſic ludos factũ cano capite, atq; alba barba? 413 Bac.

Video hercle ego te me arbitrari hominẽ idoneum, quem ſenecta ętate ludos facias, haud merito meo. 184. Aul. Mus ich dir denn gut gnug ſein, den du ohn alle ſeine ſchuldt in ſein alten tagen verhönen muſt?

Iamiam amabo deſine ludos facere. 477. Men. Lieber höre ein mal auff mich zuuerhönen.

Qui lubet ludibrio habere me, atq; ire inficias mihi facta quæ ſunt? 477. Men. Was haſtu fur luſt dran, das du mich verachteſt, vnd leugneſt, das du mir itzundt bekandt haſt?

Quando tu me bene merẽtem tibi habes deſpicatui. 486. Men. Dieweil du mich verachteſt, der ich dir alles gutes gethan habe.

Is deridiculus eſt, quaquâ incedit, omnibus. 509. Mil. Wo er nur gehet, do lacht iederman ſein.

Obſecro ecaſtor quid tu me deridiculi gratia ſic ſalutas atq; appellas? 87. Amph. Lieber ſage mir

 warumb

warumb grüſtu mich vnd ſprichſt mich ſo höniſch an?

TER. Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes. 143.a.Phor. Itzund hab ich ſtad vnd raum bekommen, die alten auffs narren ſeil zu ſetzen.

Itane tandem idoneus tibi videor, quem tam apertè fallere incipias dolis? 12.a.And.

Adeon videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? 18.a.And. Halt ihr vns denn fur ſolche narren, das ihr vnſer möcht ſpotten nach ewerm gefallen?

Dignam me putas quam illudas.67.b.Heau.

Satin ſuperbè illuditis me? 143.b.Phor.

Ne faceres idem, quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes.14.a. And.

Impuratus me ille vt etiam irrideat? 137.a.Phor. Sol der ſchendliche bube auch mein darzu ſpotten?

Si in veris nuptijs adortus eſſet, quos mihi ludos redderet? 11.b.And.

Vt ludos facit.144.a.Phor.

Qui ſibi me pro deridiculo ac delectamento putat. 72.a. Heau. Er helt mich fur einen narren vnnd ſpotuogel.

VII.

VASORVM.

IVbe vaſa tibi pura apparari ad rem diuinam citò.236. Cap.

Abi

Abi domum, iube vaſa pura actutum adornari mihi, vt Iouis ſupremi multis hoſtijs pacem expetam.180.Amph. Gehe heim, vnd heis die gefes rein ausſchewrn,das ich dem Ioui opffere.

Vaſcula intus purè propera atq; elue.185.Aul.

Strata,lautaq; coctaq; omnia facite vti ſint, nam mihi hodie natalis dies eſt. 600.Pſeu. Sehet das alles gedeckt,geſchewret,vnd zugericht ſey, denn ich wil heut meinen namen verſchencken.

Aucupij.

Auceps quando concinnauit aream,offundit cibum: aues aſſueſcunt, ſæpe edunt: ſemel ſi ſunt captæ, rem ſoluunt aucupi. 142. Aſin. Ein vogelſteller wenn er den herdt hat zugericht, ſo wirfft er ihn die körner fur, die vogel gewonen darzu, eſſen offte daruon, wenn ſie aber ein mal geruckt ſein, ſo bezalen ſie die vnkoſt.

Nos tibi palumbem ad areã vſq; adduximus, nunc tu illum melius capere,ſi captum eſſe vis.662.Pœ. Wir haben dir den vogel getrieben bis an die hütte,ſo du ihn nicht fahen wilt,ſteht es bey dir.

In digitis hodie percoquam quod ceperit. 718.Rud. Ich wils wol an fingern braten, was er fahen wird.

Nidumenta congerere.717.Rud. Ein neſt machen.

Vt de frumento anſeres clamore abſterret et abigit. 872.Truc.

TER. Hoc nouum eſt aucupium, ego adeo hanc primus inueni viam. 30.a.Eun.

Non rete accipitri tenditur neq; miluio, quia in illis opera luditur. 129.b.Phor.

VIII.

PISCIVM.

Piſcis nequam eſt, niſi recens: is habet ſuccum, is ſuauitatem, eum quouis pacto condias: vel patinariū, vel aſſum, verſes quo lubet. 140. Aſin.

Hic me quaſi murænam exoſſare cogitat. 70. Amp.

Deſquama piſces & exdorſua, quantum potes, atq; omnia, dū abſum hinc, exoſſata fac ſint. 189. Aul.

Deſquamare		zſchupen.
Exdorſuare	piſcem. Einen fiſch	zerlegen.
Exoſſare		reiſſen.
Depurgare		ausnemen.

Lectos ſternite, alij ligna cædite, alij piſces depurgate, quos piſcator attulit. 808. Sti.

Muræna & conger ne caleſierent, nam nimio melius oppetuntur frigida. 754. Per.

Probus hic conger frigidus. 530. Mil. Der fiſch iſt gut wenn er kalt iſt.

TER. Piſces cæteros purga, congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere pauliſper: vbi ego venero, exoſſabitur, prius nolo. 85.b.Adel.

Piſces

Piſces ex ſententia nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cautio eſt.86.a Adel. Ich hab ein gut gerichte fiſch bekommen, vnnd mus ſehen das ſie nicht abſtehen, oder ſonſt verderben.

Piſciculos minutos ferre obolo in cœnam.9. a. And.

Salſamenta hæc fac macerentur pulcre.85.b. Adel.

IX.
ARANEARVM.

EGo hinc araneas de foribus deijciam, & de pariete.808. Sti. Ich wil die ſpinweben von der thür, vnd von der wandt abkeren.

Mundicias volo fieri, efferte huc ſcopas, ſimulq; arundinem, deijciam aranearum omnes telas.808. Sti. Ich wil das man es rein mache, bringet ein beſen vnd ſtecken her, das man die ſpinweben abkere.

Iuſſin ab ianua hoc ſtercus hinc auferri, iuſſin columnis deijci operas aranearum? 149. Aſin. Hab ich nicht befohlen, man ſoll den vnflat von der thür hinweg thun, vnd die ſpinweben abkeren?

Herus in hara haud ædibus habitat.227. Amph. Mein herre wonet in einem ſewſtalle, vnd nicht in einem hauſe.

Mihi ſupellex ſqualet atq; ædes mea.788.Per.

Facite

Facite nitidę vt ædes meæ ſint, cum redeam domum. 799. Sti.
Non homines habitare mecum mihi hîc videntur, ſed ſues. 799. Sti. Mich deucht nicht das leute, ſondern ſewe vmb mich wonen.

X.
TONSTRINAE.

VBi eſt? P. ad tonſorem ire dixit. 148. Aſin. Wo iſt er? P. Er ſaget er wölle zum barbirer gehen.
Senex eſt in tonſtrina, nunc iam cultros attinet: ſed vtrum ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, neſcio: verum ſi frugi eſt, vſq; admutilabit probè. 218. Cap.
Ipſi pridem tonſor vngues demſerat, collegit, omnia abſtulit præſegmina. 186. Aul.
Sume laciniam, atq; abſterge ſudorē tibi. 562. Mer. Nim das treugetuch, vnd wiſche den ſchweis ab.
Inuolucre iniicere voluit, veſtem vt ne inquinet. 218. Cap. Er hat ihm ein treugtuch laſſen geben, das er die kleider nicht vnrein machte.
In tonſtrina vt ſedebam, me iuſſit percontari. 147. Aſin.
In tonſtrinam vt iuſſeram venire, is nullus venit. 149. Aſin. Wie ich ihn hatte heiſſen zum barbierer kommen, iſt er nicht kommen.

Digitized by Google

XI.

BALNEI.

ABi intro, ac iube huic aquam calefieri. 370. Epid.

Aqua calet, eamus hinc intro vt laues. 382. Bacch. Das bad iſt fertig, wir wollen eingehen.

Succinctè aquam calefactat, vt lauemus. 702. Rud.

Trahere vel extrahere de puteo aquam. 704. Rud. Waſſer ziehen.

Ne moræ illi ſim, petam hinc aquam, vnde mihi imperauit. 702. Rud.

Ego quod mihi imperauit, id faciam, atque aquam hinc de proximo rogabo 702. Rud.

Ille in balneas iturus eſt. 147. Aſin. Er wil ins bad gehen.

Qui it lauatum in balneas, ibi cum ſedulo ſua veſtimenta ſeruat, tamē facilè ſurripiuntur, quippe qui quem illorum obſeruet falſus eſt, fur facilè, quem obſeruat, videt: cuſtos qui fur ſit, neſcit. 701. Rud.

Lautum credo à balneis iam hic affuturum. 744. Per. Ich halt er werde bald aus dem bade kommen.

Exutum, elotum in balneis. 837. Tri.

Vides me, ornatus vt ſim veſtimentis vuidis, recipe me in tectum, da mihi veſtimenti aliquid aridum mea areſcunt. 707. Rud.

Vnde

Vnde vos ire cum vuida veſte dicam.698.Rud.
TER. Fac iſthæc vt lauet.11 b. And.
Continuò hæ adornant vt lauent.37.b.Eun.Sie richten das bad zu.
Acccerſitur lauatum.37.b.Eun.
Venire vnctum atq; lautum à balneis.129 b.Phor.
Vbi nos lauerimus, ſi voles, lauato.37.b.Eun. Wenn wir ausgebadt haben, ſo bade auch, gefelt dirs anders.

XII.
CONVIVII.

HAEc ſunt ventri ſtabilimenta, panem & aſſa bubula, poculum grande, aula magna. 259. Cur. Das erhelt den bauch, brod vnd rindfleiſch, ein groſſer becher vnd voller topff.
Iubes an non iubes, aſtitui aulas, patinas elui, laridum atq; epulas foueri foculis feruentibus? alium piſces præſtinatum abire? alium porcinam atq; agninam, & pullos gallinaceos? P. ſcis bene eſſe, ſi ſit vnde.236.Cap.
Dum iſti certant, in popinam diuertendũ eſt mihi, lances detergam omnes, omnesq; trullas hauriam. 129. Amph. Dieweil ſie ſich mit einander vneinigen, wil ich mich in die küche machen, alle ſchüſſeln auslecken, vnd alle krüge ausſauffen.
Quaſi lupus eſuriens, deturbauit totum cum carne carnarium, arripuit gladium, prætruncat tribus terge-

tergoribus glandia, aulas caliceſq; omnes confregit. 238. Cap.

Coquus.

Coqui conducti, parabitur conuiuium. 583. Mer.

Nunc quô conductus veni. P. ad furandum quidem. P. an inuenire poſtulas quenquam coquum, niſi miluinis aut aquilinis vngulis? 622. Pſeu.

Quod tetigere coqui, illico rapiunt: ſi eas ereptum, illico ſcindunt: ita quoquò aduenìunt, vbi vbi ſunt, duplici damno dominos mulctant. 300. Cas.

Senex in culina clamat, hortatur cocos, quin agitis hodie, quin datis, ſi quid datis. 301. Cas.

Quaſi cum vnà multa iura confundit coquus. 430. Moſt. Gleich wie ein koch viel ſuppen vnter einander geuſt.

Tu qui vrnam habes, aquam ingere, fac plenum aheenum ſit, citò pernam, callum, glandium, ſumen facito in aqua iaceant. 600. Pſeu.

Tu intus cura, quod opus eſt: ſume, poſce, prome quid vis, te facio cellarium. 237. Cap.

Intrò abite, atq; hæc citò celerate, ne mora quæ ſit, coquus cum veniat mihi: facite vt offendam parata, verſa, præterſa, ſtrata, lautaq; omnia vt ſint. 600. Pſeu.

Cœnam coquere.

Non licet manere, cœna coquitur, dum cœnem modò. 165. Aſin.

Iube domi cœnam coqui, atque ad illum renunciari. 816. *Sti. Las das eſſen bey dir zurichten, vnd fodere ihn auch darzu.*

Quàm mox cocta eſt cœna : impranſus ego ſum. 814. *Sti. Wie bald wird das abentmal fertig? ich hab noch heut nicht geſſen.*

Symbolam dabo, & iubeto cœnam coqui. 811. *Sti. Ich wil mein orten auch darzu legen, las du ein abendmal zurichten.*

Sportulam cape atq; argentum, atq; obſonium affer, tribus inde quod ſit ſatis, neq; deſiat, neq; ſuperſit. 471. *Men. Nim den korp vnd das gelt, vnd hole vns eſſen, ſo viel vor dreye gnug iſt, das nichts mangel, auch nichts überbleibe.*

Poſtquam obſonauit herus, & conduxit coquos apud forum, edixit mihi, vt diſpartirem obſonium hîc bifariam. 285. *Aul.* Nach dem mein herre hat eingekaufft, vnd auff dem marck köche gemiet, hat er mir befohlen, ich ſoll die ſpeiſe in zwey teil austeilen.

Agite, apponite obſonium iſtuc ante pedes illi ſeni. 582. *Mer.*

Prandium parare.

Iubere melius eſt prandium ornari domi. 604. *Rud. Es wer beſſer, du befihleſt daheim das eſſen zu zurichten.*

Prandium vt iuſſiſti hîc curatum eſt. 476. *Men.*

Wie

Wie du befohlen haſt, ſo iſt die malzeit bey vns beſtelt.

Iube nobis tribus apud te prandium accurari. 471. Men. Las vns dreyen bey dir das mal zurichten.

Prandium iuſſerat ſibi ſenex parari. 284. Cas.

Hic mihi hodie iuſſi prandium apparari. 501. Men. Ich hab mir heute allhier die malzeit laſſen zurichten.

Ad prandium vocare.

Vocem te libenter, ſi ſuperſiat locus. 815. Sti. Ich wolt dich gerne zu gaſte bitten, wenn du raum betteſt, do du ſitzen konſt.

Eamus intrò vt prandeamus. P. bene vocas, iam gratia eſt. 476. Men. Wir wollen hinein zu tiſche gehen. P. du ledeſt mich recht, ich weis dirs danck.

Illi apud me edunt, me curant, me ad ſe ad prandiū, ad cœnam vocant. 528. Mil.

Fortaſſe tu huc vocatus es ad prandium, ille qui vocauit, nullus venit. 794. Rud.

Numne vis me, quo vocatus ſum, ire ad cœnā? mox ad te huc cubitum iuero. 883. Truc. Wilſtu mich laſſen zum abentmal gehen, dahin ich gefodert bin, ſo wil ich auff den abendt widerumb hieher zu bette kommen.

Vocatos credam nos eſſe ad cœnam foras. 735. Rud

Iube domi cœnam coqui, atque ad illum renunciari. 816. *Sti. Las das eſſen bey dir zurichten, vnd fodere ihn auch darzu.*

Quàm mox cocta eſt cœna: impranſus ego ſum. 814. *Sti. Wie bald wird das abentmal fertig? ich hab noch heut nicht geſſen.*

Symbolam dabo, & iubeto cœnam coqui. 811. *Sti. Ich wil mein orten auch darzu legen, las du ein abendmal zurichten.*

Sportulam cape atq; argentum, atq; obſonium affer, tribus inde quod ſit ſatis, neq; deſiat, neq; ſuperſit. 471. *Men. Nim den korp vnd das gelt, vnd hole vns eſſen, ſo viel vor dreye gnug iſt, das nichts mangel, auch nichts überbleibe.*

Poſtquam obſonauit herus, & conduxit coquos apud forum, edixit mihi, vt diſpartirem obſonium hîc bifariam. 285. *Aul. Nach dem mein herre hat eingekaufft, vnd auff dem marck köche gemiet, hat er mir befohlen, ich ſöll die ſpeiſe in zwey teil austeilen.*

Agite, apponite obſonium iſtuc ante pedes illi ſeni. 582. *Mer.*

Prandium parare.

Iubere melius eſt prandium ornari domi. 604. *Rud. Es wer beſſer, du beſihleſt daheim das eſſen zu zurichten.*

Prandium vt iuſſiſti hîc curatum eſt. 476. *Men.*

Wie

Wie du befohlen haſt, ſo iſt die malzeit bey vns beſtelt.

Iube nobis tribus apud te prandium accurari. 471. *Men. Las vns dreyen bey dir das mal zurichten.*

Prandium iuſſerat ſibi ſenex parari. 284. *Caſ.*

Hic mihi hodie iuſſi prandium apparari. 501. *Men. Ich hab mir heute allhier die malzeit laſſen zurichten.*

Ad prandium vocare.

Vocem te libenter, ſi ſuperſiat locus. 815. *Sti. Ich wolt dich gerne zu gaſte bitten, wenn du raum betteſt, do du ſitzen konſt.*

Eamus intrò vt prandeamus. P. bene vocas, iam gratia eſt. 476. *Men. Wir wollen hinein zu tiſche gehen. P. du ledeſt mich recht, ich weis dirs danck.*

Illi apud me edunt, me curant, me ad ſe ad prandiũ, ad cœnam vocant. 528. *Mil.*

Fortaſſe tu huc vocatus es ad prandium, ille qui vocauit, nullus venit. 794. *Rud.*

Numne vis me, quo vocatus ſum, ire ad cœnã? mox ad te huc cubitum iuero. 883. *Truc. Wilſtu mich laſſen zum abentmal gehen, dahin ich gefodert bin, ſo wil ich auff den abendt widerumb hieher zu bette kommen.*

Vocatos credam nos eſſe ad cœnam foras. 735. *Rud*

Digitized by Google

Num quò foras vocatus ad cœnã? P. nuſquam equidem, quod ſciam. 215. *Cap. Biſtu etwan auſſerhalben zu gaſte geladen? P. ich weis nirgent hin.*

Vocem te ad cœnam, niſi egomet cœnem foris. 803. *Sti. Ich wolt dich zu gaſt bitten, wenn ich nicht ſelber anders wo bin gebeten were.*

Quia mihi natalis eſt dies, propterea te vocare ad cœnam volo. 215. *Cap. Dieweil ich mein namen verſchencke, ſolſtu heint mein gaſt ſein.*

Cœnabis apud me, quoniam ſaluus aduenis. P. vocata eſt opera. 812. *Sti. Dieweil du geſund biſt widerkommen, ſo ſey heint mein gaſt. P. ich bin ſonſt geladen.*

Hoc ſi cenſes, coquum aliquem arripiamus, prandium qui percoquat apud te, hic vſque ad veſperum. 576. *Mer.*

Promittere ad cœnam.

Ad cœnam condicere. 811. *Sti.*

Ad cœnam hercle alio promiſi foras. 815. *Sti.*

Magis par fuerat me dare vobis cœnam aduenientibus, quàm me ad illum promittere. 813. *Sti. Es were billicher geweſt, das ich euch zu gaſt geladen hette, dieweil ihr frembde ſeit, denn das ich mit einem andern eſſen ſolte.*

Promiſi foras, ad cœnam ne me te vocare cenſeas. 453. *Moſt.*

Hic apud nos hodie cœnes. P. de cœna facio gratiam.

P. quin

P. quin venis? P. promitte, ego ibo pro te, ſi tibi non libet. 457. Moſt. Du ſolſt heint mein gaſt ſein. P. Ich danck dir freundtlich. P. lieber kom doch. P. geredes ihm doch, oder ſo du nicht gehen wilt, ſo wil ich fur dich gehen.

Veni illò ad cœnam, ſic fac, promitte verò, ne graua re, eſt commodum: volo, inquam, fieri, non amittam quin eas. 803. *Sti.*

Num quidem hoc tibi tam graue eſt? promitte, ſic fac, inquam, lubente me hercle facies: quid grauere, quin tu promittis: libens accipiam certe, ſi promiſeris. 812. *Sti.*

Quandoquidem operam tuam non vis promittere, visne ad te ad cœnam veniam? 812. *Sti.*

Una opera prohibere ad cœnam, ne promittat, poſtules, neue quenquam accipiat alienum apud te. 489. *Men.*

Alium conuiuam quærito tibi in hunc diem. 812. *Sti.* *ſich dich heut vmb ein andern gaſt vmb.*

Conuiuas volo reperire nobis commodos. 661. *Pœ.* *Ich wil geſtë laden die fur vns ſein.*

Si ad prandium me in ædes dixiſſem ducere, vinceretis ceruum curſu, vel gralatorem curſu. 658. *Pœn.*

Hæc ad prandium me adduxit. 501. *Men.*

Vocat te ad prandium. 500. *Men.*

Digitized by Google

Accipere conuiuio.

In prandio nos lepidè atq; nitidè accepiſti apud te. P. lubenti à me animo factum. 314. Cis.

Nunc commeſſatum ibo ad illum, vbi nos hilari ingenio & lepidè accipiet. 432. Moſt. Ich wil zu ihm zur zeche gehen, denn ich weis er wird vns gerne haben, vnd gütlich thun.

Magnificè volo ſummos viros accipere. 600. Pſeu.

Venio, decumbo, acceptus hilare atq; ampliter. 561. Mer.

Loco feſtiuo feſtiuè accepti ſumus. 588. Mer.

Cœna dicta eſt, locus liber datus eſt, mihi & tibi apud vos. 818. Sti.

Ille it ad cœnam quotidie. 162. Aſin.

Si in ædem ad cœnam veneris, atq; ibi opulentus tibi par forte vt venerit, appoſita ſit cœna, popularem quam vocant, ſi illi congeſtæ ſint epulæ à clientibus, ſi quid tibi placeat, quod illi congeſtum ſit: ediſne ac incœnatus cum opulento accubes? 839. Trin.

Tuus gnatus poſtquam rediјt à cœna domum, abimus omnes cubitũ, condormiuimus, lucernam fortè oblitus eram extinguere. 437. Moſt. Als dein ſohn nach dem abentmal mit mir heim gieng, ſind wir bald alle ſchlaffen gangen, ſind auch entſchlaf

fen,

Digitized by Google

ſen, do hab ich one gefehr vergeſſen das licht auszuleſchen.

Dare aquam manibus.

Date aquam manibus, apponite menſam, meum natalem agitemus. 790. *Per.* Geus waſſer auff, vnd decke den tiſch, ich wil itzund meinen namen verſchencken.

Cedo aquam manibus puer, appone hîc menſulam. 430. *Moſt.*

Age decumbamus ſis pater, pueri menſam apponite. 162. *Aſin.*

Cœna appoſita eſt, cœnauiſti mecum, ego accubui ſimul: poſtquam cœnauimus, te dormitare aiebas, menſa ablata eſt, cubitũ hinc abimus. 94. *Amph.*

Ita menſas extruit, tantas ſtruices concinnat patinarias: ſtandum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas. 468. *Men.* Er richt ſo herrlich zu, er thut ſo vil auff eine ſchüſſel, das einer mus auff die banck tretten, ſo einer etwas oben herab nemen wil.

Accubare.

Omnis res parata eſt, & nos, quibus paratum eſt, ſumus. 259. *Cur.*

Quando vis veni, parata res erit. 471. *Men.*

Vbi ego dum accubam. P. *apud me, locus hîc apud nos, quamuis ſubito venias, ſemper liber eſt.* 381. *Bac.*

Accipere conuiuio.

In prandio nos lepidè atq; nitidè accepiſti apud te. P. lubenti à me animo factum. 314. Cis.

Nunc commeſſatum ibo ad illum, vbi nos hilari ingenio & lepidè accipiet. 432. Moſt. Ich wil zu ihm zur zeche gehen, denn ich weis er wird vns gerne haben, vnd gůtlich thun.

Magnificè volo ſummos viros accipere. 600. Pſeu.
Venio, decumbo, acceptus hilare atq; ampliter. 561. Mer.
Loco feſtiuo feſtiuè accepti ſumus. 588. Mer.

Cœna dicta eſt, locus liber datus eſt, mihi & tibi apud vos. 818. Sti.
Ille it ad cœnam quotidie. 162. Aſin.
Si in ædem ad cœnam veneris, atq; ibi opulentus tibi par forte vt venerit, appoſita ſit cœna, popularem quam vocant, ſi illi congeſtæ ſint epulæ à clientibus, ſi quid tibi placeat, quod illi congeſtum ſit: ediſne ac incœnatus cum opulento accubes? 839. Trin.

Tuus gnatus poſtquam rediјt à cœna domum, abimus omnes cubitũ, condormiuimus, lucernam fortè oblitus eram extinguere. 437. Moſt. Als dein ſohn nach dem abentmal mit mir heim gieng, ſind wir bald alle ſchlaffen gangen, ſind auch entſchlaf
fen,

ſen, do hab ich one gefehr vergeſſen das licht auszuleſchen.

Dare aquam manibus.

Date aquam manibus, apponite menſam, meum natalem agitemus. 790.*Per.* *Geus waſſer auff, vnd decke den tiſch, ich wil itzund meinen namen verſchencken.*

Cedo aquam manibus puer, appone hîc menſulam. 430.*Moſt.*

*Age decumbamus ſis pater, pueri menſam apponite.*162.*Aſin.*

*Cœna appoſita eſt, cœnauiſti mecum, ego accubui ſimul: poſtquam cœnauimus, te dormitare aiebas, menſa ablata eſt, cubitũ hinc abimus.*94.*Amph.*

*Ita menſas extruit, tantas ſtruices concinnat patinarias: ſtandum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas.*468.*Men.* *Er richt ſo herrlich zu, er thut ſo vil auff eine ſchüſſel, das einer mus auff die banck tretten, ſo einer etwas oben herab nemen wil.*

Accubare.

*Omnis res parata eſt, & nos, quibus paratum eſt, ſumus.*259.*Cur.*

Quando vis veni, parata res erit. 471.*Men.*

Vbi ego dum accubam. P. apud me, locus hîc apud nos, quamuis ſubito venias, ſemper liber eſt. 381.*Bac.*

Accumbe in ſummo.790. Per. Sitz oben an.

Accumbe tu ſane ſuperior.819. Sti.

Tibi locum conſpicior, vbi accubes: ſi arcte poteris accubare. 816. Sti. Ich hab dir einen ort ausgeſehen, do du ſitzen kanſt, ſo du allein wilt gedrange ſitzen.

Num quidnam tibi moleſtum eſt, ſi hæc nunc mecũ accubat? 162. Aſin. Kanſtu es auch leiden, das ſie bey mir ſitzt?

Quin is accubitum, & conuiuas cedo? corrumpitur iam cœna. 623. Pſeu. Warumb ſetzeſtu dich nicht, vnd leſt die geſte ſich auch ſetzen, das eſſen wirdt zu ſchanden.

Prandium, vt iuſſiſti hic curatum eſt, vbi lubet, ire licet accubitum. 476. Men. Das eſſen, wie du befohlen haſt, iſt fertig, wenns euch gefelt, mögt ihr euch ſetzen.

Conuiuas cura. P. licet, cocta ſunt, iube ire accubitum. 471. Men. ſich dich nach geſten vmb. P. ſie ſein ſchon vorhanden, es iſt alles zugericht, las ſie ſich nur nider ſitzen.

Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica, ſicut tu oles: neq; ſuperiores accumbere, neq; iis viuere, quam tu viuis, victibus. 423. Moſt. Es kan nicht iderman ſo wol nach köſtlichen ſalben riechen, als du, es kan auch nicht iderman oben an ſitzen, noch ſo köſtlich leben als du.

Miniſtrare.

Hic

Digitized by Google

Hic miniſtrabit, ego edam. 269. *Cur. Er ſol zu tiſche dienen, ich wil eſſen.*

Alienum cœnabit, nihil guſtabit de meo. 359. *Per.*

Edere de alieno, 658. *Pœn. bey frembden ſchmarotzeln.*

Ambabus malis expletis vorare. 839. *Trin. Mit beyden backen ſchnűren.*

Edepol næ ego hic me intus expleui probe, & quidem reliqui in ventre cellæ vni locum, vbi reliquiarum reliquias reconderem. 360. *Cur. Ich hab mich itzundt wol gefullet, vnd hab auch noch raum im bauche gelaſſen, das ich noch die abranffte auch kőnne hinein bringen.*

Agitare conuiuium.

Hoc agitemus conuiuium, vino & ſermone ſuaui. 162. *Aſin. Wir wollen zuſammen kommen, miteinander zechen vnd guter ding ſein.*

Age accumbe hunc diem ſuauem, meum natalem agitemus amœnum. 790. *Per. Wolan ſetz dich wir wollen dieſen tag, daran ich meinen namen verſchenck, in freuden zu bringen.*

Verecundari neminem apud menſam decet. 839. *Trin. Es ſol ſic keiner vbern tiſch ſchemen.*

Credam iſtuc, ſi eſſe te hilarem videro. P. an tu me eſſe triſtem putas? P. putē ego? quem videam æque eſſe mœſtum, vt quaſi dies ſi dicta ſit. 162. *Aſin.*

Quin tu iſtanc orationem hinc veterem atq; antiquam

tiquam amoues: nam proletario ſermone nunc quidem hoſpes utere: nam ij ſolent, quando accubuere, vbi cœna appoſita eſt, dicere: Quid opus fuit hoc hoſpes ſumtu tanto, noſtra gratia? inſaniuiſti hercule. Nam idem hoc hominibus ſat erat decem: quod eorum cauſſa obſonatum eſt, culpant, & comedunt tamen. 539. Mil.

Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commode commemini, & meæ orationis iuſtam partem perſequi: & meam partem itidem tacere, cũ aliena oratio eſt: neq; præripio pulpamentũ, neq; præuerto poculum, neq; per uinum unquam ex me exoritur diſſidium conuiuio: ſi quis ibi odioſus eſt, abeo domum. 526. Mil. Bey geſten weis ich mich zu halten das ich ihm nicht zu viel thu.

Mores in menſa.

1 Ich rede ſo viel mir von nöten iſt.

2 Ich kan mein theil wol ſchweigen, wenn die rede nicht an mir iſt.

3 Ich neme niemand das eſſen von ſeinem orte hinweg.

4 Ich rücke keinem den becher vorm maul hinweg.

5 Ich hebe keinen zanck an, wo man ſol guter ding ſein.

6 Ich gehe daruon, wenn man mir zu nahe iſt.

Tollere

Tollere menſam.

Properate, auferte menſam. 878. *Truc. Thut darzu, vnd hebt vom tiſche auff.*

Menſa ablata eſt, cubitum hinc abimus. 94. *Amph.*

Sublatum eſt conuiuium. 478. *Men. Man hat das eſſen auffgehoben.*

Iube illud denuo tolli, hanc patinam remoue, pernam nihil moror, auffer illam offam porcinam, remoue, abi, aufer. 530. *Mil.*

Tu iſtam cœnam largire, ſi ſapis, eſurientibus. 70. *Amph. Biſtu klug, ſo magſtu mit dem eſſen die hungerigen ſpeiſſen.*

Quid tu (malum) curas, vtrum crudum an coctum edam? 190. *Aul. Was zum henger gehets dich an, ob ichs rohe oder gekocht eſſe?*

Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt. 621. *Pſeu.*

Oboluiſti allium. 423. *Moſt. Du ſtinckeſt nach knoblauch.*

Condire cibos. 621. *Pſeu. Die ſpeiſſe würtzen.*

Herbas in aluum congerere. 621. *Pſeu. Allerley kreutticht eſſen.*

Terere ſinapim. 621. *Pſeu. Senff reiben.*

Nullum eſt periculum, te ire hinc impranſum domum. 694. *Rud. Es iſt ohn gefehr, ob du gleich on eſſen heim geheſt.*

Senem

Senem cupiunt extrudere incœnatum ex ædibus, vt ipſæ ſolæ ventres diſtendant ſuos. 302. Cas. Sie wollen den alten vngeſſen hinaus ſtoſſen, das ſie allein die beuche füllen mügen.

Fit, quod futurum dixi, incœnatum ſenem fores extrudunt mulieres. 302. Cas. Es gehet, wie ich geſagt habe, ſie ſtoſſen den alten vngeſſen aus dem hauſe.

Per hanc tibi cœnam incœnato eſſe hodie licet. 816. Sti. Meinet halben muſtu wol heute vngeſſen bleiben.

Ire cubitum.

It incœnatus cubitum, 622. Pſeu. Er gehet vngeſſen zu bette.

Vbi prandero, dabo operam ſomno. P. ſane cenſeo: iubeſis te operiri, beatus eris, ſi conſudaueris. 616. Pſeu. Wenn ich geſſen hab, ſo wil ich ein weiligen ſchlaffen. P. ich ſehe es auch fur gut an, heis dich wol zu decken, dir wird bas werden, wenn du ein wenig ſchwitzeſt.

Etiamne imus cubitum? 306. Cas. Wollen wir nicht zu bette gehen?

Nunquid vis? P. dormitum vt abeas. 616. Pſeu. Darffſtu etwas weiter? P. das du zu bette geheſt.

Quid iſtic dormit? ſuſcita iſtum. 433. Mpſt.

Ecce hic depoſuit caput, & dormit, ſuſcita. 434. Moſt. Er hat ſich nider gelegt, vnd ſchlefft, weck ihn auff.

Sic

Sic ſine eum quieſcere: age tu interim da ab illo citò cantharum circum. 432. Moſt. Laſt ihn ruhen, aber las du dieweil die kanne herumb gehen.

De nocte multa impigrè exurrexi. 718. Rud. Ich bin bey eitler nacht auffgeſtanden.

Tace, occultemus lucem & vocem. 250. Cur. Bis ſtil, wir wollns liecht verbergen, vnd ſtilſchweigen.

TER. Quàm vellem eum inuitatum vt nobiſcum eſſet hodie amplius. 54. a. Heau. Wie gern wolt ich, das wir ihn itzund hetten zu gaſt geladen.

Lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera: ego iam tranſacta re, conuertam me domum cum obſonio. 82. b. Adel.

Video alios feſtinare, lectos ſternere, cœnam apparare. 53. a. Heau.

Apparare de die conuiuium. 99. a. Adel. Ein malzeit auff ein eil können zurichten.

Prandium corrumpitur. 90. a. Adel.

Domi aiunt præſto apud me eſſe, egomet conuiuas moror. 54. a. Heau.

Antiqua vt conſuetudine agitarem inter vos liberè conuiuium. 103. a. Hec.

Dionyſia hic ſunt, hodie apud me ſis volo. 52. b. Heau. Es iſt heut faſtnacht, ich wil das du bey mir ſeiſt.

Me

Me ad cœnam voca. P. pol vero voco. 146. b. Phor. lade mich zu gaſte. P. du ſolſt mein gaſt ſein.

Rogitare, ad cœnam vt veniat. 53. b. Heau.

Monere ad cœnam vt veniat. 53. b. Heau.

Illico adduxi ad cœnam. 54. a. Heau. Ich hab ihn bald mit zu gaſte gefüret.

Eamus ergo ad cœnam. 34. b. Eun.

Ego ibo hinc intro, vt videam, nobis quid cœnæ ſit. 55. a. Heau. Ich wil hinein gehen, vnd ſehen was wir zu eſſen haben.

Ei vnam cœnam atque eius comitibus dedi. 61. a. Heau.

Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia apponitur 129. b. Phor.

Ille ſuam ſemper egit vitam in ocio, in conuiuijs. 96 a. Adel. Er iſt allzeit ein iuncker vnd ſchlemmer geweſt.

XIII.

BIBENDI.

Iube dare vinum, iamdudum factum eſt cum primum bibi. 166. Aſin. Heis dir wein geben, ich hab lang nicht getruncken.

Age circumfer mulſum, da bibere vſq; plenis cantharis: iam diu factum eſt, poſtquam bibimus: nimis diu ſicci ſumus. 792. Per.

A ſummo ſeptenis ſcyathis committe hos ludos, moue manus, tardè ſcyathos mihi das. 79. Per.

Bibe ſi bibis. P. non mora erit apud me. 816. Sti.

Age ſi quid agis, bibendum hercle eſt, ne nega: quid hoc faſtidis quod faciendum vides eſſe tibi, quin bibis? 819. Sti.

Tene tu hoc, tene primum atq; hoc educe. 821. Sti.

Cur hic ceſſat cantharus? vide quot ſcyathos hos bibimus. P. tot, quot digiti tibi ſunt in manu. 819. *Sti.*

Tibi propino cantharum, vinum tu habes. 819. *Sti.*

Propino magnum poculum, ille ebibit, caput deponit, condormiſcit. 259. Cur.

Ego te hodie reddam madidum, ſi viuo, probè. 195. *Aul. Ich wil dich noch heute bezecht machen.*

Scio quam rem agat, vt me deponat vino, eam affectat viam. 195. Aul.

Profundis vinum, quæ te res agitant? 250. *Cur. Was zeihſtu dich, das du den wein vergeuſt?*

Credo equidem dormire ſolem, atq; appotum probè: mira ſunt, niſi inuitauit ſeſe in cœna pluſculũ. 69. Amph.

Ego amare vtramuis poſſim, ſi probè appotus ſim. 707. Rud.

Hæc facetia eſt, riuales vno cantharo potare. 820. Sti.

Manus

Manu candida cantharum dulciferum propinare. 635. Pſeu.

Datur cantharus, bibi, inde huc exij, crapulam dum amouerem. 636. Pſeu.

Quid tu (malum) ergo in os mihi ebrius irructas? P. molliter ſiſte nunc me, caue ne cadam, non vides me, vt madidè madeam. 636. Pſeu.

Dij me perdant, ſi bibi, ſi bibere potui. 532. Mil.

Vbi bibiſti? P. nuſquam equidem bibi. 82. Amph.

Videſis forte ad merendam quopiam diuerteris, atq; ibi melius, quàm tibi ſatis fuerit, biberis. 876. Per.

Promiſiſti tu illi vinum. 531. Mil.

Quia adeò me compleui flore Liberi, magis libera vti lingua collibitum eſt mihi. 317. Cis.

Vſq; ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. 470. Men.

TER. Scyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem. 90. a. Adel.

In angulo aliquo abeam, atq; edormiſcam hoc vini. 94. b. Adel. Ich wil mich in ein winckel verkrichen, vnd den rauſch ausſchlaffen.

In ipſa turba, quæ vix ſedata ſatis eſt, potaſtis ſcelus. 94. b. Adel.

Data hercle verba mihi ſunt, vicit vinum quod bibi: ac dum accubabam, quàm videbar mihi eſſe pulcrè ſobrius: poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens

ſuum

ſuum ſatis officium facit.41.a.Eun.
Poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur, prodeambulare huc libitum eſt.94. a. Adel.

XIIII.
LASSITVDINIS.

OMnia membra laſſitudo mihi tenet.808. Sti. Genua ſuccidunt laſſitudine.258. Cur.
Laſſitudine me inuaſerunt miſerum in genua flegmina.370. Epid.
Sequere hâc me intrò in lectum, vt ſedes laſſitudinem.382. Bacch. Folge mir nach, vnd leg dich nider, das dich die müdigkeit vergehe.
Abige abs te laſſitudinem.561. Mer.
Placidè vnumquidq; rogita, vt acquieſcam: non vides me ex curſura anhelitum etiam ducere? 146. Aſin. Frag eins nach dem andern, das ich ein wenig ruhen kan, ſiheſtu nicht das ich gelauffen hab, das ich kaum odem kan holen?
Vix ſuffero hercle anhelitum.561. Mer.
Defeſſus ſum vrbem totam peruenari, nihil inueſtigo quicquam de illa.583. Mer. Ich hab mich müde in der ſtadt vmbher gegangen, vnd kan ſie nicht erfragen.
Omnes plateas perreptaui, in macello atque in foro, in medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras: ſum defeſſus quæritando, nuſquam inuenio eum.102. Amph.

Digitized by Google

TER. Defeſſus ſum ambulando, perreptaui vſque omne oppidum, ad portam, ad lacum, quo non? 93. a. Adel. Ich hab mich müde ſpatzirt, vnd bin in der gantzen ſtadt vmbher gezogen, beym thore, bey der ſchwemme, ich bin allenthalben geweſt.

Ambulando totum hunc contriui diem. 12. *a. Hec. Ich hab den gantzen tag müſſen hin vnd wider lauffen.*

XV.

AEGROTANTIS.

QVid eſſet morbi, dixeris? narra. 492. *Mer. Haſtu ihm geſagt, was dir fehlet? ſags ihm.*

Quid eſt tibi? quid commutatus eſt color? nunquid tibi dolet? 369. *Mer. Was iſt dir? wie ferbeſtu dich alſo? thut dir etwas wehe?*

Heu hercle morbum acrem ac durum. 491. *Mer. Er hat leider ein hefftige vnd ſchwere kranckheit.*

Caput.

Me intro actutum ducite, nam mihi de vento miſerę condoluit caput. 886. *Tru. Füret mich flugs hinein, denn von der lufft thut mir das heupt wehe.*

Nequeo caput tollere, ita ego nunc doleo. 883. *Tru. Mir iſt ſo wehe, ich kan das heupt nicht erheben.*

Oculi

Oculi.

Quid iſtuc quæſo, quid oculo factum eſt tuo? 547. Mil. Was ſoll das ſein, was fehlet dir am auge?

Matri oculi ſi valerent, mecum veniſſet ſimul. 547. Mil. Mein mutter wer mit kommen, wenn ihr die augen nicht wehe theten.

Maris cauſſa iſtoc ego oculo vtor minus, nam ſi à mari abſtinuiſſem, tanquam hoc vterer. 547. Mil. Ich bin auff dem waſſer vmb das auge kommen, denn hett ich mich vorm waſſer gehütet, ſo wers ſo gut als das ander.

Tu quidem cæcus, non luſcitioſus. 516. Mil. Du ſiheſt nicht übel, ſondern du biſt gar blind.

Collum.

Quid hoc hîc in collo tibi tumet? P. vomica eſt, preſſare parce, nam vbi quis mala tetigit manu, dolores cooriuntur. 752. Per. Was iſt dir am halſe auffgeſchoſſen? P. es iſt ein ſchwer, drück mich nicht drauff, denn ſo ihn einer mit einer ſüchtigen hand anrüret, ſo thut er viel wierſcher.

Quando vomica innata eſt tibi? P. hodie. P. ſecari iubeas. P. metuo ne immaturam ſecem, ne exhibeat plus negocij. 752. Per. Wenn haſtu den ſchwer bekommen? P. heute. P. las dirn auff hawen. P. ich hab ſorg, er ſey noch nicht reiff, vnd möchte mir übel gerahten.

Pedes.

Nequeo pedibus mea ſponte ambulare. 883. *Truc. Ich kan von mir ſelbſt auff keinen fus tretten.*

Si podagroſis pedibus eſſet, iam rediјſſe potuit. 576. *Mer.*

Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducant pedes. 583. *Mer. Der hat nicht das zipperlein oder die gicht, der noch auffs feldt lauffen kan.*

Lumbi ſedendo, oculiq; ſpectando dolent, manendo medicum, dum ſe ex opere recipiat: odioſus tandē vix ab ægrotis venit, ait ſe obligaſſe crus fractum alteri, alteri autem brachium. 492. *Men.*

Varia.

An vnquam tibi inteſtina crepant, quod ſentias? P. vbi ſatur ſum, nulla crepitant: quando eſurio, tum crepant. 493. *Men. Gort dir auch der bauch das du es füleſt? P. Wenn ich ſatt bin, ſo fül ich nichts, aber wenn mich hungert, ſo gort er mir.*

Iamdudum ſputo ſanguinem. P. reſinam ex melle vorato, ſaluum feceris. 562. *Mer.*

Lien necat, pulmones diſtrahuntur, cruciatur iecur, radices cordis pereūt. P. tum te igitur morbus agitat hepatarius? 255. *Cur.*

Nauſea edepol factum credo, verum actutum abceſſerit.

ſerit.570.Mer.Ich halt es ſey mir von einem ekel widerfaren, aber ich halt es ſol mir bald vergehen.

E naui vt vectus hîc ſum, etiam nunc nauſeo. 71. Amp.

Eum morbus inuaſit magnus. 135. Aſin. Er hat ein hefftige kranckheit bekommen.

Ei derepente tantus morbus incidit. 941. Men. Er plötzlich ſehr kranck worden.

Cum periĳſſe ſibi videt gnatum vnicum, conĳcitur ipſe in morbum ex ægritudine. 643. Pœn. Als er ſicht das ihm ſein einiger ſohn vmbkommen iſt, wirdt er kranck vor groſſem hertzeleid.

Valetudo decreſcit, accreſcit dolor. 255. Cur.

Caruitne febris te heri, vel nudiustertius? 248. Cur. Haſtu auch geſtern vnd vorgeſtern das feber gehabt?

Non tu ſcis, quantum iſti morbo nunc tute facias mali? 493. Men. Weiſtu nicht, was du dir ſelber in dieſer kranckeit vor ſchaden thuſt?

Vt vales? P. quid tu? num medicus quæſo es? 731. Rud. Wie gehet dirs? P. Was fragſtu darnach? ich halt du ſeiſt ein artzt worden?

Medicum iſtuc tibi melius percontari. 516. Mil. es iſt beſſer du frageſt den artzt drumb.

Cœna eſt multis oleribus. P. Curato ægrotos do-

Digitized by Google

mi. 215. *Cap. Ich habe heint nichts denn kraut zu eſſen.P. die ſpeiſſe iſt gut fur die krancken.*

Ibo atque accerſam medicum iam, quantum poteſt. 491. *Men. Ich wil den Doctor heiſſen kommen, ſo eilend er kan.*

Obſecro hercle medice, propere quicquid facturus face. 494. *Men.*

Confidam melius fore, ſi medicus veniat, qui huic morbo medicinam facere poteſt. 316. *Cis. Ich hoff es ſol beſſer werden, wenn der Doctor kõmpt, der da helffen kan.*

Ea cauſſa duco te, vt id dicas mihi, atq; illum vt ſanum facias. 493. *Men.*

Facite illic homo in medicinam ablatus ſublimis ſit. 495. *Men. Sehet das ihr ihn mit gewalt in die Apoteke tragt.*

Quid ceſſas dare potionis aliquid? 493. *Men. Magſtu ihm nicht etwan ein Sirup geben?*

Ibo ad medicum, atq; me ibi toxico morti dabo. 572. *Mer.*

Nummo ſum conductus, plus iam medico mercede opus eſt. 191. *Aul.*

Pol ſanus ſi ſim, non te medicum mihi expetam. 573. *Mer. Bleib ich anders bey vernunfft, ſo mag ich dich zu keinem artzt haben.*

TER. Quid morbi eſt? P. febris. 109. *a. Hec.*

Non viſam vxorem, cum in proximo hic ſit ægra? 108. *b. Hec.*

Alio ſuſpicans morbo me viſurum affectum, ac ſenſi, eſſe. 109.*a.Hec.*

Verbum vnum caue, ne ad morbum hoc etiam. 7.*b.And. Sag kein wörtlein, das ſie das auch nicht krencker mache.*

Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali, capite atq; ætati eorum, morbus qui actus ſit. 108.*a.Hec.*

Si fortè morbus amplior factus ſit. 108.*a.Hec. So villeicht die kranckheit het vberhandt genommen.*

Nam ſi remittent quippiam dolores. 108.*b. Hec. So die ſchwacheit ein wenig wird nachlaſſen.*

Malè metuo, ne morbus magis aggraueſcat. 108.*b. Hec. Ich beſorge ſehr, die kranckheit neme immerdar zu.*

Miſeram me, differor doloribus. 87.*b.Adel.*

Laborat è dolore. 7.*a. And. Sie iſt in kindes nöthen.*

Saluane eſt? P. meliuſcula eſt. 109.*a. Hec. Wie gehets ihr? P. es wird ein wenig beſſer.*

Nemo medicum adduxit? 108.*a.Hec. Hat niemand den Doctor geholt?*

XVI.
BENE EST.

HINC *intrò abeam, vbi mihi bene ſit.* 483 *Men.*

Quæſo vt hanc cures, bene vt ſit iſti. 264. *Cur. Hab gute achtung, das es beſſer mit ihr werde.*

Erit iſti morbo melius. 316. *Cis. Ich hoffe es ſol mit der kranckheit beſſer werden.*

Melius iam credo fore, vbi te videbit. 872. *Tru. Ich hoff es ſol beſſer werdē, wenn ſie dich ſehen wird.*

Quin amabo is intro, hic tibi erit rectius. 476. *Men. Lieber gehe hinein, es wird dir drinne beſſer werden.*

Melius anno hoc mihi non fuit domi. 443. *Moſt. Es iſt mir daheim in einem ihar nicht beſſer geweſt.*

Quid eſt, quod tuo nunc animo ægre eſt? 284. *Cas. Was iſt dir, das du ſo bekümmert biſt?*

Quid tibi ægre eſt? 484. *Men.*

Neſcio quid animo meo ægre eſt pater, poſtea nocte hac quieui non ſatis ex ſententia. 569. *Mer.*

Aegre eſt mihi hunc facere quæſtum. 315. *Cap. Es iſt mir entgegen ſolche narung zu treiben.*

Animo ſi male eſſe occæperit. 89. *Amph. Wenn dir begint vbel zu werden.*

TER. *Tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit male.* 77. *a. Adel.*

XVII. AETATEM EXIGENDI.

Ego

EGo illum mihi vnum exoptaui, qui cum ætatem degerem. 316. Cis.

Vnum amare, & cum eo ætatem exigere, cui nupta eſt ſemel. 316. Cis.

Tecum viuere vult atq; ætatem exigere. 546. Mil.

Vt melius conſulerem tibi, quàm illi, qui cum vnà puero ætatem exegeram 232. Cap.

Bene ego iſtam eduxi domi meæ & pudicè. 259. Cur.

Educauit eam ſibi pro filia, bene ac pudicè. 319. Cis.
Er hat ſie wol vnd erbarlich wie ſein eigene tochter auffer3ogen.

Bene & pudicè domi me habuit. 269. Cur.

TER. Cum vno viro ætatem agere. 131 a. Phor.

Vt reliquam vitam exigat cum eo viro, me qui ſit fortunatior. 115. a. Hec.

Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit. 57. a. Heau.

Cœpi ſtudioſe omnia docere, educere, ita vt ſi eſſet filia: ſororem pleriq; eſſe credebant meam. 27. a. Eun.

Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. 106. b. Hec.

Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. 771. a. Adel.

Vna à pueris paruuli ſumus educti, una ſemper mi

Digitized by Google

tia & domi fuimus, paupertatem vnà pertuliſmus grauem.87.b.Adel.

XVIII.

PEREGRINI.

Omnia quæ tu vis, ea cupio. P. mutua fiunt à me. 790.Per. Wie dirs gefelt, ſo wil ichs auch machen, P. ich wil dirs widerumb nicht verderben.

Niſi ea, quæ tu vis, uolo. 357.Epi. Ich wil nichts thun, denn was dir wolgefelt.

Scis tute, facta velle me, quæ tu velis.198.Aul. Du weiſt ſelber, das ich thu was du haben wilſt.

Quod tibi libet, idem mihi lubet, 431.Moſt. Was dir

dir gefelt, das gefelt mir auch wol.

Facis nunc, ut facere æquum, quod quæ vult, eadem tu vis. 540. Mil. Du thuſt, wie billich iſt, das du dir das leſt gefallen, das ihr gefelt.

Facis vt alias res ſoles. 80. Amph.
Ecaſtor pariter hoc, atq; alias res ſoles. 488. Men.
Feceris par tuis cæteris factis. 833. Trin.
Nunquid tu quod te, aut genere indignum ſit tuo, facis aut inceptas facinus facere? 248. Cur.

Facit hic quod pauci, vt ſit magiſtro ſuo obſequens. 256 Cur. Er thut das ihr nicht viel thun, das er ſeinem meiſter volget.

Facit ille, quod vulgò haud ſolent, vt quid ſe ſit dignum, ſciat. 64. Amph. Er thut, das heromnes nicht achtet, das er lerne was ihm wol anſtehe.

More tuo facis. P. factum volo. 181. Aul. Du thuſt wie dein gebrauch iſt. P. ich wolt vngerne anders thun.
Quàm citiſſimè poteſt, tam hoc cedere ad factum volo. 220. Cap.
Ei facta cupio, quæ is velit. 403. Bacch. Ich wil ihm thun was er haben wil.

Non

Digitized by Google

Non magni pendo,ſi non vult. 150.*Aſin.* Wenn er nicht wil ſo frag ich wenig darnach.

Niſi quid tua ſecus ſententia eſt. 358. *Epid.* Es wer denn, das du es anders haben wolſt.

TER. *Ut lubet,num ego inſto?* 64.*b.* Heau. Wie dirs gefelt,halt ich doch mit dir an.

Decet te facere. 87. *b.Adel.*

Non te dignum feciſti. 44.*b.* Eun. Du haſt nicht gethan,als einem ehrlichen gebüret.

Pol haud paternum iſtuc dediſti. 95.*b.Adel.* Du haſt dich deinem vater nicht nach gehalten.

Factum volo. 149. *a. Phor.*

Facturum quæ voles,ſcio eſſe omnia. 23. *b. And.* Ich weis,er wird alles thun,was du haben wilſt.

Si ita opus eſt facto. 90.*b.Adel.* So es alſo ſein mus.

Si ita æquum cenſes. 90.*b.Adel.* So du es vor billich anſiheſt.

Sin aliter de hac re eſt eius ſententia. 88.*a.Adel.*

Sin eſt,vt aliter tua ſit ſententia. 115.*b. Hec.*

Si aliter putas. 90. *b.Adel.*

Sin aliter animus veſter eſt. 87.*b.Adel.*

Sin alio eſt animo. 112.*a.Hec.* So er anders ſinnes iſt.

XLIIII.
BENE MONES.

S*Atis recte mones.* 784.*Per.*

Hercle tu me monuiſti haud male. 762.*Per.* Du haſt

haſt mich vorwar recht erinnert.

Edepol tu me commonuiſti haud malè.787.Per.

Sapienter factum, & conſilio bono.192. Aul.

TER. Bene mones.9.b.And.

Bene dixti, at mihi iſtuc non in mentem venerat.34. b. Eun. Du haſts recht troffen, es wer mir nicht alſo eingefallen.

Dixti pulcrè, nunquam vidi melius conſilium dari. 33.a.Eun.

Bene pol feciſti.34.b.Eun.

XLV.

MOLESTVS NE SIS.

MIhi moleſtus ne ſis, ſine me cum puero loqui. 451. Moſt. Las mich zu frieden, vnd las mich mit dem buben ſprach halten.

Moleſtus ne ſis, non tuo hoc fiet modo. 472. Men. Las mich gehen, es wird nicht werden, wie du wilſt.

Abeas, mihi moleſtus ne ſis.722.Rud.Heb dich, vnd las mich zu frieden.

Abi intrò, ne moleſtus, linguæ tempera, ego daturus tibi nihil ſum, ne tu fruſtra ſis.729. Rud.Gehe hinein, vnd las mich das meine warten, halt das maul, ich geb dir nichts, du warteſt vergebens.

Moleſtus

Moleſtus ne ſis, nemo dat, age quid lubet. 440. Moſt.

Quiſquis es, æquum ſi facias, mihi odioſus ne ſis. 480. Men. Wer du biſt, wilt du ihm recht thun, ſo las mich das meine warten.

XLVI.

TENEO TE.

Manifeſtam mendacij mala te teneo. 870. Tru. Ich hab dich du ſchelckin, auff einer offentlichen lůgen ergriffen.

Quem mendacij præhendit manifeſto modo. 400. Bacch.

Nec magis manifeſtum ego hominem vnquam vllum teneri vidi omnibus malefactis. 483. Men. Ich hab nie keinen erfaren, der ſo offentlich in aller bůberey ergriffen were.

Teneor manifeſto miſer. 852. Tri.

Quid? cum manifeſtò tenetur? P. anguilla eſt, elabitur. 619. Pſeu. Wie? wenn man ihn auff der that ergriffe? P. er iſt wie ein abl, er wuſcht daruon.

Capio fuſtem, obtrunco furem manifeſtarium. 191. Aul.

XLVII.

VIX ME CONTINEO.

Nequeo

NEqueo me continere, quin loquar. 472. Men. Ich kan es nicht laſſen, ich mus heraus ſagen.

Contineri, quin complectar, non queo. 500, Men.

Ego vix reprimo labra, quin te deoſculer. 293. Cas.

Vix reprimor, quin te manere iubeam. 549. Mil.

Retinere nequeo, quin dicam ea quæ promeres. 844. Trin. Ich kan mich kaum erhalten, das ich nicht ſchnappen las.

Nequeo quin fleam, cum abs te abeam. 548. Mil. Ich kan michs weinen kaum enthalten, dieweil ich von dir ſcheiden mus.

TER. Vix me contineo, quin inuolem in capillum. 44. b. Eun. Ich kan es kaum laſſen, das ich ihm nicht in die hare falle.

Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam. 68. a. Heau.

Nequeo quin lacrymem miſer. 109. b. Hec. Ich kan michs weynen nicht enthalten.

XLVIII.

MORTIS.

VBi is obijt mortem. 177. Aul. Nach dem er vorſchieden iſt.

Diem ſuum obijt 319. Cis. Er hat ſein zeit gelebet.

Poſtquàm receſſit vita. 560. Mer.

TER.

TER. *Vnde hæc nata eſt, ea mortem obijt.* 145. b. Phor.

Quæ eſt dicta mater eſſe ei antehac, non fuit, ea obijt mortem. 56. b. Heau.

Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt. 139. a. Phor. *Ihre mutter hat ſich zu tode gehermet.*

FINIS.

Digitized by Google

INDEX.

A

ADeundi	6
in Aditu interrogandi	6
Aegrotantis	158
Aetatem exigendi	164
Amoris	120
Aranearum	137
Attentionis	43
Audientis vocem alicuius	14
Aurificis	192

B

Balnei	139
Bene eſt	163
Bene mones	217
Bene precandi	46
Bibendi	154
Breuitatis	39

C

Carceris	198
Cautionis	207
Cognoſcendi vel non cognoſcendi	168
Congreſſus	9
Conquerendi	86
Conſolandi	92
In conſpectum veniendi	28
Contentionis vel pugnæ	123

Q *Conue-*

Conueniendi 33
Conuicia faciendi 113
Conuiuij 140

D

Diſceſſus 17
Diuitiarum 182

E

Egreſſus 12
Eloquendi 34
Eludendi 131
Eundi 29
Exanimationis 91
Excipiendi 7

F

Fabri & ædium 200
Fac vt lubet 214
Fallaciæ 197
Fidei 181

G

Gratias agendi 24
Gratulandi 22

I

Imbrium & venti 202
Increpandi 110
In tuto 206
Iocorum 208
Iraſcentis 94
Iurandi 115

L

Laſſitudinis 157
Laudandi 73
Literarum 194
Ludi 129

M

Mandati 178
Memoriæ 171
Minitantis 96
Moderationis 212
Moleſtus ne ſis 217
Monſtrandi ædes 166
Moræ 179
Mortis 220

N

Negocij exequendi 65

O

Officij commemoratio 69
Operam dandi 60
Orandi 50
Orationis 174

P

Peregrini 166
Pignoris 180
Piſcium 136
Primæ educationis, & partium corporis 125

Q

Quieſce 213

Digitized by Google

R

Rationis 193
Rei maritimæ 203
Rei nummariæ 183
Re & verbis 177

S

Salutandi, & ſalutationi reſpondendi 1
Salutem nunciandi 5
Seducendi 34
Subauſcultandi ſermonem alterius 15
Syngraphi ſeu literarum 194

T

Temporis 130
Teneo te 218
Tonſtrinæ 138

V

Vaſorum 134
Vituperandi 80
Vix me contineo 219

FINIS.

PVBLII

Digitized by Google

PVBLII MI-
MORVM ET SEN-
TENTIARVM EX POE-
TIS ANTIQVIS
SIMILIVM

LIBER I.

CVM EXPOSI-
TIONE ET
INDICE.

Digitized by Google

IACOBVS FABRI-
CIVS CHEMNICENSIS.

QVamuis in tenui videtur eſſe
Hic ſumtus labor explicationum,
Ut qui nullius artis atq; laudis:
Eſt magni tamen æſtimandus ille,
Ob vitæ ſapientiam magiſtram,
Quam prudens docet hoc modo vetuſtas.
Rerum vis latet implicata ſæpe
Paruis principijs: vt alta vitis
Tandem malleolo fit è virenti.
Hæc præceptáue regulæúe morum,
Uſu commoda, ſenſibus venuſta,
Nec non vtilitate fructuoſa,
Virtutum peramabilis ſupellex,
Excellens decus afferet iuuentæ.
Sint exilia forſan intuenti
Et trita auribus eruditiorum:
Sed paruis titulum ſine his adeptus
Morati, ſapientis, eruditi,
Hi ſunt, dicat inutiles labores.

PVBLII

Digitized by Google

PVBLII MIMI AB ERAS. ROTE. CASTIGATI ET ELVCIDATI, NVNC ETIAM à mendis aliquot repurgati.

I.

ALienum eſt omne, quicquid optando venit.

Senſus eſt: Id quod noſtro ſtudio paratur, verè noſtrum eſt: quod votis contingit, alienum eſt, nempe quod fortuna poſſit eripere.

2 Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Qualis fueris in alios, tales alij futuri ſunt in te.

3 Animus vereri qui ſcit, ſcit tutò aggredi.

Qui intelligit periculum, is nouit cauere periculum. Temeritas autem perniculoſe rem aggreditur, quia neſcit timere.

4 Auxilia humilia, firma conſenſus facit.

Concordia fortia facit, etiam quæ ſunt imbecillia: contra, diſcordia maximas opes debilitat.

Digitized by Google

5 Amor animi arbitrio ſumitur, non ponitur.

Nobis in manu eſt non incipere amare: vbi cœperis, iam illi ſeruus ſis, nec potes excutere cũ velis.

6 Aut amat, aut odit mulier, nihil eſt tertium.

Mulier nimis eſt vehemens in vtranq; partem, animal affectibus obnoxium. Quanquam huiuſmodi viros etiam non paucos reperias, nimis in vtranq; partem vehementes.

7 Ad triſtem partem, ſtrenua eſt ſuſpicio.

Qui parum ſunt felices, magis laborant ſuſpicione. Vel ſic: ſuſpicio plerunq; vergit in partem deteriorem. Strenua hîc citam ac propenſam ſignificat.

8 Ames parentem, ſi æquus eſt: ſin aliter feras.

Bonum parentem ama, difficilem tolera, vel ob hoc quia pater eſt. Aequus, dixit pro commodo & humano.

9 Aſpicere oportet, quod poſſis deperdere.

Serua quod nolis perire, Oculus autem, hoc eſt, præſentia domini opimus rei cuſtos.

10 Amici vicia ſi feras, facis tua.

Tibi

Tibi imputabitur quicquid peccat amicus, cum non admoneas.

11 Acerba eſt omnis homini ingenuo ſeruitus.

Durum eſt ſeruire ei, qui liber ſit natus.

12 Abſentem lædit, cum ebrio qui litigat.

Mens enim ebrij non adeſt, cum qua loquendum eſt. Itaq; perinde eſt, ac ſi non adeſſet ipſe.

13 Amans iratus multa mentitur ſibi.

Multa enim conſtituit in animo, quę non præſtat poſtea: Egóne illam? quæ me? quæ illum?

14 Auarus ipſe miſeriæ cauſſa eſt ſuæ.

Nam ſua ſponte & volens pauper eſt.

15 Amans quid cupiat, ſcit: quid ſapiat, non videt.

Amans ſine iudicio cupit, nec expendit, ſalubre ſit an pernicioſum, id quod cupit.

16 Amans quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat.

Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt, & inani ſpe ſibi blandiuntur.

17 Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Triſtia facile ſparguntur in vulgus: quæ recta ſunt & honeſta, vix creduntur.

Digitized by Google

18 Amor extorqueri non poteſt, ela-
bi poteſt.

Amor non poteſt ſubitò viq; expelli, ſed paulatim poteſt elabi.

19 Ab amante lacrimis redimas ira-
cundiam.

Amans iratus lacrimis placatur.

20 Aperte mala cum eſt mulier, tum
demum eſt bona.

Fucatum & fraudulentum eſt animal mulier, eoq; minimè noxia, cum palàm eſt mala. Indicat autem hîc nullam eſſe bonam.

21 Auarum facile capias, vbi non ſis
idem.

Auarum non poteſt ferre auarus: vel facilè falles auarum, niſi ſis idem, quod ille eſt, id eſt, auarus & ipſe.

22 Amare & ſapere vix Deo conce-
ditur.

Non eſt eiuſdem amare, & ſanæ mentis eſſe.

23 Auarus niſi cum moritur, nil re-
cte facit.

Etenim cum moritur, tum demum permittit alios ſuis opibus frui.

24 Aſtute dum cælatur, ſe ætas in-
dicat.

Sene-

Digitized by Google

Senectus cælari non poteſt. Niſi fortè ſic legendum eſt: Aſtu crimen cælatum, ætas indicat. Tempus enim aperit omnia.

25 Auarus damno potius, quam ſapiens dolet.

Sapiens non cruciatur damnis rerum, ſed is qui magnifacit pecuniam.

26 Auaro quid mali optes? niſi vt viuat diu.

Propterea quod miſerrimè viuat. Summum igitur malum optat, qui optat diutinam vitam.

27 Animo dolenti nil oportet credere.

Quàm diu doles, ne quid tibiipſi fidas. Nihil enim ſani ſuadet dolor. Expecta donec reſidat ægritudo: tum ſtatue, quid velis loqui, aut facere.

28 Aliena nobis, noſtra plus alijs placent.

Suæ quenque ſortis pænitet, aliena miratur verbis duntaxat. Cæterum ſi ad rem ventum ſit, pauci velint cum alijs commutare.

29 Amare iuueni fructus eſt, crimen ſeni.

Amor voluptas eſt in iuuene, ſcelus in ſene, non voluptas.

30 Anus cum ludit, morti delicias facit.

Anum

Anum vicinam morti, non decet luſus: videtur enim mortem delectare velle.

31 Amoris vulnus, idem qui ſanat facit.

Deſiderij vulnus ſanat idem qui fecit, ſi ſui copiam faciat. Alluſit autem ad Telephi fabulam.

32 Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.

Ne ſtatim pronuncies: nam præcipitati iudicij ſæpe pœnitet.

33 Amicos res opimæ parant, aduerſæ probant.

Hoc carmē deprauatum eſt, forte ſic legendum: Amicum opimę res parant, triſtes probant. Secunda fortuna conciliat amicos, aduerſa explorat, ficti ſint, an veri.

34 Aleator quanto in arte eſt melior, tanto eſt nequior.

Hoc eſt carmen Trochaicum: In mala re quo magis excellis, tanto ſceleratior es, veluti miles, quo melior eſt, hoc vir nequior.

35 Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.

Arcus frangitur ſi nimium tendas: animi vires augentur exercitatione, ocio franguntur.

36. Bis

36 BIS eſt gratum, quod opus eſt, vltro ſi offeras.

Beneficium precibus extortum, magnam gratiæ partem perdidit. Quod vltro oblatum eſt, id bis gratum.

37 Beneficium dare qui neſcit, iniuſte petit.

Non debet vti beneficijs aliorum, qui ipſe nemini benefacit.

38 Bonum eſt, fugienda aſpicere in alieno malo.

Item Plautus: Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit. Quid tibi ſit fugiendum, id diſcas non tuo malo, ſed ex aliorum malis exemplum ſumito.

39 Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.

Felicius eſt dare, quàm accipere: perdit enim libertatem, quiſquis vtitur alterius beneficio.

40 Bona nemini hora, vt non alicui ſit mala.

Nulla fortuna ſecunda eſt, quæ non alicuius malo contingat.

41 Bis emori eſt, alterius arbitrio mori.

Mortem naturalem æquiore animo ferunt homines, coactam grauius.

Digitized by Google

42 Beneficia plura recipit, qui ſcit red-
dere.

Ingratis nemo plura committit: quos experimur gratos, in hos maiora conferimus.

43 Bis peccas, cum peccanti obſequi-
um accommodas.

Nam & illum adiuuas, & te eiuſdem malefacti reum facis.

44 Bonus animus læſus, grauius mul-
to iraſcitur.

Lenis animus cum incandeſcit, vehementius commouetur.

45 Bona mors eſt homini, vitæ quæ
extinguit mala.

Miſeris mors eſt optanda quoq;, vt quæ finem afferat malorum.

46 Beneficium dando accepit, qui
digno dedit.

Hunc verſum nominatim citat Aulus Gellius inter Mimos Publianos.

47 Blanditia, non imperio fit dulcis
Venus.

Iucundum eſt, cum ex animo quis redamatur, non cum extorquetur mulieris obſequium.

48 Bonus animus nunquam erranti
obſequium accommodat.

Qui

Digitized by Google

Qui probus eſt, ipſe nunquam alteri peccanti aſſentitur.

49 Beneficium ſe dediſſe qui dicit, petit.

Commemoratio beneficij dati, eſt repoſcentis gratiam.

50 Coniunctio animi, maxima eſt cognatio.

Arctius alligat mutua beneuolentia, quàm affinitas ſanguinis: Fortè verſus hic, ita legendus eſt:

51 Beneuolus animus maxima eſt cognatio.

Nam & hoc modo carmen conſtat, & in hac litera, nempe B, reperiebatur.

52 Beneficium ſæpe dare, docere eſt reddere.

Qui ſæpius benè meretur de aliquo, is prouocat ad gratitudinem, quadem pertinacia benefaciendi.

53 Bonitatis verba imitari, maior malicia eſt.

Qui malus eſt, & bene loquitur, is plus quàm malus eſt.

54 Bona opinio homini tutior pecunia eſt.

Tutius eſt habere bonã famam, quàm diuitias.

55 Bo-

55 Bonum tametſi opprimitur, non extinguitur.

Veritas & iuſticia premi poteſt ad tempus, ſed emergit poſtea.

56 Bis vincit, qui ſe vincit in victoria.

Qui moderatè vtitur victoria, bis vincit, primum hoſtem, deinde animum.

57 Benignus etiam dandi cauſſam excogitat.

Qui liberalis eſt, non expectat vt rogetur, ſed vltrò quæritat occaſionem largiendi.

58 Bis interimitur, qui ſuis armis perit.

Magis dolet nobis calamitas, cuius ipſi miniſtrauimus occaſionem: Veluti ſi quis hominem euehat ad magiſtratum, à quo poſtea ſubuertatur.

59 Bene dormit, qui non ſentit, quam male dormiat.

Cum abeſt ſenſus mali, nihil eſt mali: Veluti ſi quis alto ſomno obrutus, non ſentiat incommoditatem ſtrati.

60 Bonorum crimen officioſus eſt miſer.

Si calamitoſus eſt, qui rectè viuit, hoc imputatur virtuti, cui dicunt aduerſari fortunam.

 61 Bona

Digitized by Google

61 Bona fama in tenebris proprium ſplendorem obtinet.

Decus rectè factorum non poteſt obſcurari. Lucet enim in ipſo pectore, ſi non reſpondet opinio populi.

62 Bene cogitata ſi excidunt, non occidunt.

Quod rectè propoſueris, etiamſi ad tempus excidit animo, tamen non omnino perit.

63 Bene perdit nummos, iudici cum dat nocens.

Qui corrumpit iudicem pecunia, cum ſit nocens, perdit eam, ſed ſuo bono. Proinde bene perdit.

64 Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis.

Fit iniuria bonis, cum impunitas datur malis. Pauciores enim boni futuri ſunt, ſi liceat impunè malos eſſe.

65 Bono iuſticiæ, proxima eſt ſeueritas.

Seueritas enim eſt iuſticia rigidior, & exactior, vergens tamen ad inclementiam.

66 Bonum ad virum cito moritur iracundia.

Apud malos viros ira tardiſſimè ſeneſcit, apud bonos citò.

67 Bona turpitudo eſt, quæ pericu-
lum indicat.

Aut ſic, quæ periculum vindicat. Satius eſt pudere quàm pigere. Pudor vtilis eſt, per quem arcemur ab his, quæ periculoſe faceremus.

68 Bona comparat præſidia miſericordia.

In alios miſericors meretur, vt in ſe fauentes ſint alij, ſi quid inciderit.

69 Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt.

Vileſcit quod conſuetum eſſe cœperit. Bonis rebus nihil debet eſſe carius: Carum autem eſt, quod rarum eſt.

70 Beneficium dignsi vbi das, omnes obligas.

Virtuti enim datur, non homini. Et tuo beneficio bonus in cæteros omnes vtitur.

71 CRVDelis in re aduerſa eſt obiurgatio.

Conſolandus eſt amicus, non obiurgandus in rebus afflictis.

72 Cauendi nulla eſt dimittenda occaſio.

Nunquam ſatis caueris. Aliquando nocendi eſt omittenda occaſio, cauendi nunquam.

73 Cui

73 Cui ſemper dederis, vbi neges, rapere imperas.

Qui aſſueuerit ſemper accipere, is putat iam ſibi deberi quod datur, adeo vt ſi negaris, paratus ſit eripere. Hoc ad principes peculiariter attinet.

74 Crudelem medicum intemperans æger facit.

Aegroti intemperantia facit, vt medicus cogatur ad duriora remedia deſcendere, nempe ſectionem, aut vſtionem, & ſimilia.

75 Cuius mortem amici expectant, vitam oderunt.

Eius vita ſit inuiſa oportet, cuius amici mortem optant.

76 Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.

Non eſt ſtatim fidendum inimico. Facilè diſſoluitur beneuolentia, at non facilè ſarcitur: & ira omnium tardiſſimè ſeneſcit.

77 Citius venit periculum, cum contemnitur.

Magis nocet periculum his, qui negligunt, quàm qui cauent.

78 Caſta ad virum matrona parendo imperat.

Pudica vxor hoc impetrat obſequio ſuo, vt quic-

Digitized by Google

quid velit, faciat maritus, & magis impetrat cum obſequitur, quàm cum exigit.

79 Cito ignominia fit ſuperbi gloria.

Arrogantiam ſemper ſequitur infamia: & qui inſolenter vtitur gloria, incidit in ignominiam.

80 Conſilio melius vincas, quam iracundia.

Ira præceps eſt, prudentia ſedata. Hac citius efficies quæ voles, quàm violentia & ferocitate.

81 Cuiuis dolori remedium eſt patientia.

Omnis dolor lenitur patientia. Alia alijs malis ſunt remedia: at patientia commune malorum omnium eſt lenimentum.

82 Cum vitia proſunt, peccat, qui recte facit.

Cum expedit eſſe malos, tum nocet eſſe bonos. Et cum præmium eſt malefactis, tum benefactis pœna eſt.

83 Contemni eſt leuius, quam ſtulticia percuti.

Satius eſt contemni ob virtutem, quàm ſtultum quid agere.

84 Comes facundus in via pro vehiculo eſt.

Et

Et hic verſus citatur ab Aulo Gellio. Iucundus confabulator facit, vt non ſentias viæ tædium, perinde ac ſi vehiculo porteris.

85 Cito improborum læta in perniciem cadunt.

Non eſt diuturna improborum felicitas.

86 Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.

Videtur accuſare vitam, qui mortem appetit.

87 Cui plus licet quam par eſt, plus uult quam licet.

Hunc verſiculum aſſcripſi ex Gellio. Cui plus permittitur quàm æquum eſt, is plus ſibi ſumit, quam oportet. Hoc conuenit in Tyrannos & vxores.

88 DISCipulus eſt prioris poſterior dies.

Quotidiana rerum experientia reddimur prudentiores.

89 Damnare eſt obiurgare, cum auxilio eſt opus.

Cum amicus afflictus eget auxilio, tum obiurgare non eſt officioſum, ſed damnare eſt. Primum eximendus eſt calamitati: poſtea obiurgandus, quod ſua culpa in eam inciderit.

90 Diu apparandum eſt bellum, vt vincas celerius.

Digitized by Google

Qui in aggrediendo nimium properant, aliquanto tardius conficiunt. Mora in apparando non diſpendium eſt, ſed lucrum ad negocium citò conficiendum.

91 Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.

Ingratitudo omnia vitia in ſe complectitur. Nullum igitur conuitium dici poteſt contumelioſius. Verſus eſt Trochaicus.

92 De inimico ne loquare malum, ſi cogites.

Si cogitas nocere inimico, caue loquaris malè, cauebit enim ille. Stultum eſt igitur maledicere. Nam ſi amicus eſt, iniquè facis: ſi inimicus, minus illi nocebis.

93 Deliberare vtilia, mora eſt tutiſsima.

Tutiſſimum eſt, eſſe lentas conſultationes. Nam præcipitata conſilia, plerunq; ſunt inauſpicata.

94 Dolor decreſcit, vbi quô creſcat non habet.

Cum malum venerit ad ſummum, tum neceſſe eſt, vt fiat remiſſius.

95 Dediſcere flere fœminam, eſt mendacium.

Id eſt, fæmina nunquam hoc dediſcet.

96 Diſ-

96 Diſcordia fit carior concordia.

Amantium iræ amoris integratio eſt.

97 Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.

De quo non potes niſi ſemel ſtatuere, veluti de matrimonio, de ſacerdotio, de hoc diu deliberandum eſt, priuſquam aggrediaris.

98 Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

Ne facilè credas accuſanti quempiam.

99 Dum vita grata eſt, mortis conditio optima eſt.

Tum optimum eſt mori, cum adhuc dulce eſt viuere.

100 Damnum appellandum eſt, cum mala fama lucrum.

Lucrum cum iactura famæ, damnum eſt, non lucrum.

101 Ducis in conſilio, poſita eſt virtus militum.

Fruſtra ſunt fortes milites, ni ducis prudentia regantur.

102 Dies quod donat timeas, cito raptum venit.

Quod ſubitò contingit, ſubitò ſolet auferre fortuna.

103 DimiſTum quod neſcitur, non a-
mittitur.

Non eſt damnum, quod non ſentis.

104 ETIAM innocentes cogit men-
tiri dolor.

In tormentis ſæpe mentiuntur & innocentes, adacti cruciatu.

105 Etiam peccato recte præſtatur fi-
des.

Adeo ſeruanda eſt fides, vt etiam malis in rebus aliquando præſtanda ſit.

106 Etiam celeritas in deſiderio mo-
ra eſt.

Cupienti etiam feſtinatio videtur mora.

107 Ex vicio alterius ſapiens emen-
dat ſuum.

Ex alienis erratis ſapiens colligit, quid ſibi ſit cauendum.

108 Et deeſt & ſuperat miſeris cogi-
tatio.

Deeſt, quia non vident quo pacto poſſint mederi malis: & ſupereſt, quia intelligunt, quid debuerint cauere, ſed ſerò.

109 Eſt honeſta turpitudo pro bona
cauſſa mori.

Glorioſa

Digitized by Google

Glorioſa eſt infamia, vitam impendere iuſticiæ. Verſus hic Trochaicus eſt.

110 Etiam obliuiſci quod ſcis, interdum expedit.

Quædam huiuſmodi ſunt, vt ſint dediſcenda. Legi poterat, & quod ſis, vt ſit ſenſus: Expedit aliquoties meminiſſe ma is, quid præſens tempus & res poſtu let, quam tua dignitas.

111 Ex hominum quæſtu, facta fortuna eſt Dea.

Studiũ lucri facit, vt fortuna credatur eſſe Dea, quæ faueat. Aut ex queſtu, id eſt, querimonia. Nam illi imputant, ſi quid acciderit aduerſi.

212 Effugere cupiditatem, regnum eſt vincere.

Vincere auaritiam aut iram, plus eſt, quam regnum.

113 Exuli, cui nuſquam domus eſt, ſine ſepulcro eſt mortuus.

Opinor ita legendum:

Cui nuſquam domus eſt, ſine ſepulcro eſt mortuus.

Id eſt, exul qui nuſquam habet domum, perinde eſt, vt mortuus inſepultus, aut cui non eſt ſepulcrũ.

114 Etiam qui faciunt, odio habent iniuriam.

Digitized by Google

Nolunt ſibi fieri iniuriam, nec ij, qui faciunt alijs.

115 Eripere telum, non dare irato decet.

Irato non eſt danda occaſio nocendi, ſed potius adimenda.

116 Se denegare patriæ, exilium eſt pati.

Sic enim verſiculum hunc mutauimus: Qui latet & non verſatur in Republica, is ſua ſponte exul eſt.

117 Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam.

Nihil eſt tam minutum, quod non poſſit aliquid.

118 Eheu quam miſerum eſt, fieri metuendo ſenem.

Miſerrimum eſt conſeneſcere metu mali, quod nondum aduenerit.

119 Etiam hoſti eſt æquus, qui habet in conſilio fidem.

Qui ſequitur, quod dictat fides, non quod dolor, is etiam hoſtibus erit æquus.

120 Excelſis multo facilius caſus nocet.

Ex alto cadentibus periculoſior eſt ruina. Ita periculoſius deijcimur ex alta fortuna.

121 FIDEM qui perdit, quô ſe ſeruet relliquum?

Qui

Qui perdit pecuniam, habet in quod ſe ſeruet: qui fidem, nihil habet cui ſe ſeruet:

122 Fortuna cum blanditur, captatum venit.

Inſidiatur fortuna cum blanda eſt. Itaque tum maximè habenda eſt ſuſpecta, cum maximè proſpera eſt.

123 Fortunam citius reperias, quam retineas.

Difficilimum eſt retinere fortunam, ne mutetur. Et maior virtus eſt tueri parta, quàm parare.

124 Formoſa facies, muta commendatio.

Fauetur enim formoſis, etiamſi nihil dicant.

125 Fruſtra rogatur, qui miſereri non poteſt.

Qui non poteſt molleſcere precibus, quid opus eſt hunc rogare?

126 Fraus eſt accipere, quod poſsis reddere.

Dolus eſt accipere beneficium à quopiam, cui non poſſis tantundem reddere.

127 Fortuna nimium quem fouet, ſtultum facit.

Magnæ felicitatis comites ſunt, ſtulticia & arrogantia.

128 Fa-

Digitized by Google

128 Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.

Qui detrectat iudicium, indicat ſe ſibi malè conſcium eſſe.

129 Felix improbitas, optimorum eſt calamitas.

Quoties fortuna fauet improbis, hoc fit calamitate & malo improborum.

130 Feras, non culpes, quod mutari non poteſt.

Hic verſus nominatim citatur à Gellio. Quod mutari corrigiq; non poteſt, id tacitè ferendum eſt, non vituperandum.

131 Futura pugnant, vt ſe ſuperari ſinant.

Sic inſtant futura mala, vt tamen vinci vitariq; poſſint prudentia.

132 Furor fit læſa ſæpius patientia.

Et hoc carmen citatur à Gellio. Lenes cum ſæpius prouocantur, tandem irritati, grauius iraſcuntur, quia rarius & ſerius commouentur.

133 Ficta cito ad naturam reciderint ſuam.

Simulata non diu durant. Et iuxta Flaccum: Naturam expellas furca, tamen vſq; recurret.

134 Fi-

Digitized by Google

134 Fidem qui perdit, nil poteſt vltra perdere.

Omnia perdidit, qui fidem perdidit.

135 Facilitas animi ad partem ſtulticiæ rapit.

Facilè adducitur ad vitia, qui facilis eſt animo, vt Mitio ille Terentianus, qui ob facilitatem ſexagenarius, nouus factus eſt maritus.

136 Fides, vt anima, vnde abiјt, eo nunquam redit.

Vt vita, ſemel amiſſa, nunquam reuertitur, ſic nec fides, iuxta illud: Qui ſemel ſcurra, nunquam bonus paterfamiliâs.

137 Fidem nemo vnquam perdit, niſi qui non habet.

Pecuniam non perdit, niſi qui habuit. At fidem is dicitur perdidiſſe, qui non habuit, id eſt, qui perfidus fuit.

138 Fortuna obeſſe nulli, contenta eſt ſemel.

Nullum malum venit, ſine incurſu alterius mali.

139 Fulmen eſt, vbi cum poteſtate habitat iracundia.

Verſus eſt Trochaicus. Potens cum iraſcitur, fulminat, non iraſcitur.

140 Fru-

140 Fruſtra, cum ad ſenectam ventum eſt, repetes adoleſcentiam.

Et hic Trochaicus eſt. Non licet reiuueneſcere. Proinde ſeni tractanda ſenilia.

141 Falſum maledictum, maleuolum mendacium eſt.

Qui conuitiatur & mentitur, is malitioſe mentitur.

142 Fœminæ naturam regere, deſperare eſt omnium.

Omnes deſperant ſe poſſe regere mulieris ingenium.

143 Fer difficilia, vt facilia leuius feras.

Exerce te rebus difficilioribus, vt alia facilius feras.

144 Fortuna homini plus quam conſilium valet.

Felicitas plus efficit, quàm conſilium.

145 Fortuna vitrea eſt, quæ cum ſplendet, frangitur.

Vitrum cum maximè lucet, tum facilime frangitur: Ita ſpendidiſſima fortuna minimè durabilis eſt.

146 Feras, quod lædit, vt quod prodeſt, perferas.

Vt potiare commodo, feras incommodum.

147 Fa-

147 Facit gratum fortuna, quam nemo videt.

Fortuna facit inuidioſum, niſi lateat. Ergo diſſimulanda eſt.

148 Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.

Hunc verſum addidi ex Gellio. Eſſe frugalem, rumor quidem bonus eſt, ſed infelix, & parum vulgo laudatus, cui profuſio magis placet. Niſi manis miſeriam accipere pro penuria, ſiue inopia. Nam tum erit ſenſus: Qui laudatur vt frugalis, is non laudatur. Tertius ſenſus argutiſſimus eſt: Frugalitas eſt parſimoniæ vitium, ſed ſub honeſto laudatoq; nomine.

149 GRAVE præiudicium eſt, quod iudicium non habet.

Poſt præiudicia ſequuntur iudicia, in quibus excutiuntur præiudicia. At graue eſt illud præiudicium, quod non ſequitur aliud iudicium, ſed ipſum iudicij loco eſt, veluti ſi princeps præ ſe ferat animum inimicum in quempiam, nullus eſt iudex qui ſecus auſit iudicare.

150 Grauiſsima eſt probi hominis iracundia.

Vir bonus vt tardior eſt ad iram, ita grauius iraſcitur, ſi victa ſit illius bonitas.

151 Gra-

151 Grauis animi pœna eſt, quem poſt factum pœnitet.

Magnam pœnam dedit, quem pœnitet facti.

152 Grauis animus dubiam non habet ſententiam.

Vir conſtans certa habet conſilia.

153 Graue eſt malum omne, quod ſub aſpectu latet.

Malum illud eſt immedicabile, quod prætextu bonæ rei perſonatum eſt. Nam hic aſpectum vocat perſonam.

154 Grauius nocet, quodcunque inexpertum accidit.

Noua mala grauius dolent.

155 Grauior inimicus, qui latet ſub pectore.

Affectus vitioſus maximè nocet homini: at is latet ſub pectore, nec poteſt excuti.

156 Grauiſsimum eſt imperium conſuetudinis.

Conſuetudo planè tyrannidem quandam obtinet in rebus humanis, adeo vt ſtultiſſima quæque, ſi ſemel inoleuerint, euelli non poſſint.

156 Graue crimen, etiam cum dictum eſt leuiter, nocet.

Velut ſi quis apud Anglos, vel ioco vocet aliquem

quem proditorem, non caret periculo, ob odium criminis.

158 HEV quam difficile eſt gloriæ cuſtodia.

Fama honeſta facilimè contaminatur, & difficilius eſt eam tueri, quàm parare.

159 Homo extra corpus eſt ſuum, cum iraſcitur.

Non eſt apud ſe quiſquis iraſcitur. Reſpondet cum illo ſuperiori: Abſenti loquitur, qui cum irato litigat.

160 Heu quam eſt timendus, qui mori tutum putat.

Qui mortem contemnit, is vehementer eſt timendus, propterea quod alienæ vitæ dominus eſt, quiſquis ſuæ contemtor eſt.

161 Homo, qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.

Intelligit enim ſibi poſſe accidere, vt ſit opus auxilio. Verſus eſt Trochaicus.

162 Habet in aduerſis auxilia, qui in ſecundis commodat.

Et hic Trochaicus eſt. Qui cum feliciter agit, alijs ſubuenit, huic alij ſubueniunt in rebus aduerſis.

163 Heu quam miſerum eſt ab illo lædi, de quo non poſsis queri.

Digitized by Google

Et hic Trochaicus eſt. Durum eſt lædi, vel ab amico, vel à potente, quod queri de altero non eſt honeſtum, de altero non eſt tutum.

164 Hominem experiri multa paupertas iubet.

Paupertas ingenioſa eſt, & artium repertrix. Et, Ingenium mala ſæpe mouent, iuxta Naſonem.

165 Heu dolor, quam eſt, qui in tormento vocem non habet, miſer.

Et hic Trochaicus eſt. In tormentis verum exquiritur. At quidam ita torquentur, vt non auſint verum dicere, ſcientes quid velit taceri, qui torquet.

166 Heu quam pœnitenda incurrunt homines, viuendo diu.

In longa vita, multa accidunt quæ nolis. Hic quoque trochaicus eſt.

167 Habet ſuum venenum blanda oratio.

Inſidioſa eſt blandiloquentia, & melle litum venenum.

158 Homo toties moritur, quoties amittit ſuos.

Orbitas mors quædam eſt.

169 Homo ſemper in ſeſe aliud fert, in alterum aliud cogitat.

Hic

Digitized by Google

Hic eſt Iambicus tetrameter. Nemo non eſt diſſimulator.

170 Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.

Tantundem ferè valet honeſta fama, quantum patrimonium.

171 Homo neſcit, ſi dolore fortunam inuenit.

Nō ſentitur dolor, quo paratur aliquid commodi.

172 Honeſte ſeruit, qui ſuccumbit tempori.

Honeſtum eſt ſeruire tempori, & cedere fortunæ ad tempus.

173 Homo vitæ commodatus, non donatus eſt.

Vita datur ad tempus, vt qui dedit, exigat ſuo iure, quandocunq; velit.

174 Hæredem ſcire, vtilius eſt, quam quærere.

Quidam codices habent ferre, pro ſcire. Satius eſt ferre qualemcunq; hæredem, quam nullum habere. Si legas, ſcire, ſenſus eſt, præſtat habere liberos, quibus tua relinquas, quàm circumſpicere alienos.

175 Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.

Hic quoq; verſus citatur à Gellio. Fletus hæredis,

eſt riſus perſonatus, id eſt, diſſimulatus: gaudet enim etiamſi fleat.

176 Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Vulgus malè ſentit de muliere ſæpius nupta.

177 INferior horret, quicquid peccat ſuperior.

Quod principes peccant, id recidit in malum plebis.

178 Inimicum vlciſci, vitam eſt accipere alteram.

Iucundiſſima res eſt vindicta, & velut altera vita. Primum vitam tuetur ſuam, deinde capit voluptatem ex vltione.

179 Ita agas, vt ne quis merito te tuo oderit.

Odium effugere non poſſumus: ne quis nos meritò oderit, id cauere poſſumus.

180 Inuitum cum retineas, exire incitas.

Qui non cupit manere, hunc quo magis retines, hoc magis cupit abire.

181 Ingenuitatem lædis, cum indignum rogas.

Seruile eſt, ſupplicem eſſe homini indigno. Læditur enim ingenuitas.

182 In

Digitized by Google

182 **In nullum auarus bonus eſt, in ſe peſsimus.**

Nihil benefacit auarus, ſe vero etiam diſcruciat cuſtodia rerum ſuarum.

183 Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.

Bis gratum eſt beneficium, quod ſtatim promteque datur egenti.

184 Inſtructa inopia eſt, in diuitijs cupiditas.

Cupere cum abundes, inopia quædam eſt, non expedita, ſed inſtructa & onuſta, quaſi dicas, diues inopia.

185 Inuitat culpam, qui peccatum præterit.

Qui diſſimulat peccatum, is inuitat, ut iterum peccetur.

186 Iucundum nihil eſt, niſi quod reficit varietas.

Nihil tam dulce, quod non pariat ſatietatem, niſi varietate condiatur.

187 Ingenuitas non recipit contumeliam.

Generoſi & ingenui animi eſt, negligere contumeliam. Aut ſic: Generoſus animus impatiens eſt contumeliæ.

188 Impune peccat, cum quis peccat rarior.

Forte ſic legendum eſt, Impune peccat, cum quis peccat raro. Aut, Impunè peccat, cum quis peccat rarius.

189 Ingratus vnus miſeris omnibus nocet.

Vnius hominis ingratitudo facit, vt nec gratis ſuccurratur, cum egent.

190 In miſeri vitia nulla contumelia eſt.

Hoc carmen variè reperi deprauatum. Et haud ſcio an rectè diuinârim. Non videtur contumelia, quam facias in hominem malum & infelicem. Niſi ſic mauis: In vitia miſeri contumelia eſt dicere, id eſt, contumeliæ genus eſt, inſectari vitia hominis miſeri, qui magis eget conſolatione.

191 Inopiæ parua deſunt, auariciæ omnia.

Videtur hic verſus deprauatus. Nam in controuerſijs Seneca citat huiuſmodi Publij carmen: Luxuriæ deſunt multa, auariciæ omnia. Quanquam hic quoque verſus conſtabit, ſi legas, deſunt parua, ſiue pauca, quod ego malim. Multa deſiderat pauper ad vitæ vſum, ſed auarus magis eget, qui nec id habet, quod habet.

192 Ita

192 Ita amicum habeas, poſſe vt fieri inimicum putes.

Et hic citatur è Gellio. Sic ama, tanquam oſurus: Ita confidas amico, vt ſi fiat inimicus, non multum poſſit lædere. Gellius hanc ſententiam Chiloni, Cicero in Lælio aſſcribit Bianti.

193 Inuidiam ferre, aut fortis, aut felix poteſt.

Fortunati negligunt inuidiam, vir fortis contemnit.

194 In amore mendax ſemper iracundia eſt.

Eadem eſt ſententia, quam ante dixit: Amans iratus multa mentitur ſibi.

195 Inuidia tacite, ſed minute iraſcitur.

Inuidus habet iram ſuam, ſed diſſimulatam & minutam, hoc èſt, de re nihili.

196 Iratum breuiter vites, inimicum diu.

Ira ſtatim ſubſidit, odium diuturnum eſt. Odit autem quiſquis eſt inimicus. Ab hoc igitur diu cauendum eſt, imò ſemper. Hoc ipſum admonet ſapiens Hebræus, ab hoſte reconciliato eſſe cauendum.

197 Iniuriarum remedium eſt obliuio.

Vindicta non medetur iniurijs tibi factis, ſed obliuio optime.

198 Iracundiam qui vincit, hoſtem ſuperat maximum.

Trochaicus eſt. Fortiſſimum eſt iram ſuam vincere. Hoc Alexander ille Magnus orbis domitor non potuit.

199 In malis ſperare bonum, niſi innocens, nemo ſolet.

Et hic Trochaicus. Bona conſcientia facit, vt in malis ſperemus ſuperos auxiliaturos.

200 In vindicando criminoſa eſt celeritas.

Quidam habent, in iudicando. Ne ſis præceps vel ad vltionem, vel ad iudicandum.

201 Inimicum, quamuis humilem, docti eſt metuere.

Sapientis eſt non contemnere hoſtem, quantumuis humilem, poteſt enim per occaſionem nocere.

202 In calamitoſo riſus etiam iniuria eſt.

Miſeri riſu etiam offenduntur. Et quibus res ſunt minus ſecundæ, ad ſuſpicionem mali rapiunt, etiam caſu dicta.

203 Iudex damnatur, cum nocens abſoluitur.

Cum

Digitized by Google

Cum abſoluitur nocens, tunc iudex non innocens ſit oportet.

204 Ignoſcere humanum, vbi pudet, cui ignoſcitur.

Non ignoſcendum eſt, niſi pœniteat facti.

205 In rebus dubijs plurima eſt audacia.

Forte legendum eſt plurimum vel plurimi. Multum valet audacia, cum res eſt dubia, hoc eſt, periculoſa.

206 Illo nocens ſe damnat, quo peccat die.

Quiſquis admittit ſcelus, illico ſibi damnatus eſt iudice conſcientia, etiamſi iudex nemo pronunciet.

207 Ita crede amico, ne ſit inimico locus.

Idem dixit antea: Ita amicum habeas, &c.

208 Iratus etiam facinus conſilium putat.

Qui iraſcitur, etiam ſcelus putat iudició recteq; fieri.

209 Improbe Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.

Hoc addidi ex Gellio. Qui ſemel expertus, iterum exponit ſe periculo, impudenter accuſat fortunam. Eſt autem & hic Trochaicus Tetrameter.

210 LOCO ignominiæ eſt, apud indignum dignitas.

Honor commiſſus indigno, non honeſtat eum, ſed magis dedecorat.

211 Laus vbi noua oritur, etiam vetus admittitur.

Si iterum rectè facies, efficies vt ſuperiori de te famæ fidem habeant homines.

212 Læſo doloris remedium, inimici dolor.

Suum malum minus ſentit, qui poteſt vlciſci.

213 Leuis eſt fortuna, cito repoſcit quæ dedit.

Fortuna inconſtans, ſtatim repetit & aufert, ſi quid dedit.

214 Lex vniuerſi eſt, quæ iubet naſci & mori.

Neceſſitas naſcendi & moriendi, neminem non complectitur.

215 Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt.

Vnius lucrum damnum eſt alterius. At non item in rebus animi.

216 Laſciuia & laus nunquam habent concordiam.

Intemperantia ſemper obnoxia eſt infamiæ.

Digitized by Google

217 Legem nocens veretur, fortunam innocens.

Innocens, etſi non veretur leges, vt nocens: tamen timet fortunam, quæ nonnunquam opprimit innocentem.

218 Luxuriæ deſunt multa, auariciæ omnia.

Hunc verſum Seneca citat in Controuerſijs. Multis eget profuſor: Auarus eget omnibus. Illi multum eſt opus, qui multum abſumit: huic nihil eſt ſatis, cum ſit inſatiabilis.

219 MALIGNVM fieri, maxime ingrati docent.

Ingrati faciunt, vt qui benigni fuerint, contractius donent. Hos enim malignos vocat, id eſt, parcos.

220 Multis minatur, qui vni facit iniuriam.

Omnes expectant iniuriam ab eo, qui vni fecerit.

221 Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.

Moleſta eſt mora in omni re, tamen ea nos reddit ſapientes, ne quid agamus temerè aut inconſultò

222 Mala cauſſa eſt, quæ requirit miſericordiam.

Innocentia non eget miſericordia, ſed æquum deſiderat

Digitized by Google

ſiderat iudicem. At cum fiducia rei tota eſt in miſe ricordia iudicis, peſſimam habet cauſſam.

223 Mori eſt felicis, antequam mortem inuocet.

Ille feliciter moritur, qui tum moritur, dum adhuc iucunda eſt uita, ac nondum huius tædio mortem optat. Quidam pro felicis, habent felicius,

224 Miſerum eſt tacere cogi, quod cupias loqui.

Durum eſt, cum non licet loqui quod velis. Nam illic mullto minus licebit facere quæ velis, ſi loqui non licet.

225 Miſerrima eſt fortuna, quæ inimico caret.

Felicitas incitat inimicitias: ergo cui nullus inuidet, is miſerrimus ſit oportet.

226 Malus eſt uocandus, qui ſua cauſſa eſt bonus.

Qui benefacit commodi ſui cauſſa, is malefacit.

227 Malus ubi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſsimus.

Diſsimulata malicia peſsima eſt.

228 Metus ubi uenit, rarum habet ſomnus locum.

Timor abigit ſomnum. Aut, non eſt dormitandum in periculo.

Digitized by Google

229 Mori neceſſe eſt, ſed non quoties voluerís.

Aliquando optant mortem homines, cum mori non poſſint.

230 Male geritur, quicquid geritur fortunæ fide.

Quod à fortuna pendet, id parum eſt firmum.

231 Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, demit ſibi.

Olim ſolebant inferias exhibere mortuis. Hoc perit viuis, & nihil accipit mortuus. Trochaicus eſt.

232 Minus eſt, quam ſeruus, dominus qui ſeruos timet.

Infra ſeruos eſt, qui ſeruos ſuos timet, nempe malè ſibi conſcius.

233 Magis hæres fidus naſcitur, quam ſcribitur.

Filius naſcitur hæres, hæredipeta ſcribitur.

234 Malo in conſilio, fœminæ vincunt viros.

In rebus malis plus ſapiunt fœminæ, quàm viri.

235 Mala eſt voluptas, alienis aſſueſcere.

Dulcis cibus alienus, ſed fœda voluptas eſt aſſueſcere.

236 Ma-

236 Magno cum periculo cuſtoditur, quod multis placet.

Trochaicus eſt. Difficile eſt ſeruare, quod expetunt multi, veluti pecuniã, aut formoſam vxorem.

237 Mala eſt medicina, vbi aliquid naturæ perit.

Medicina quæ lædit naturam, dura eſt, velut quę membrum aufert.

238 Malæ naturæ nunquam doctore indigent.

Ad mala vel citra doctorem ſumus idonei, virtus diſcitur.

239 Miſeriam neſcire, ſine periclo eſt viuere.

Qui ſine periculo viuit, is feliciter viuit. Vita tuta quamuis humilis, feliciſſima eſt.

240 Male viuunt, qui ſe ſemper victuros putant.

Semper enim prorogant in craſtinum, ſi quid eſt voluptatis, aut bonæ rei.

241 Maledictum interpretando facies acrius.

Quidam excuſant conuitium interpretatione, atq; ita magis irritant.

242 Male ſecum agit æger, medicum qui hæredem facit.

Inuitat

Digitized by Google

Inuitat enim, vt occidat.

243 Minus decipitur, cui negatur celeriter.

Minus enim diu ſperat, & fruſtratur leuius.

244 Mutat ſe bonitas, cum irritatur iniuria.

Boni fiunt mali, ſi prouoces.

245 Mulier cum ſola cogitat, male cogitat.

Mulier apud ſe cogitabunda, aliquid mali voluit in animo.

246 Male facere qui vult, nuſquam non cauſſam inuenit.

Malis nunquam deeſt occaſio malefaciendi.

247 Maleuolus ſemper ſua natura veſcitur.

Etiamſi deeſt præmium maleficij, tamen maleuolus fruitur ſua malitia, & vel gratis malus eſt.

248 Multos timere debet, quem multi timent.

Quem multi timent, hunc pauci amant. Is igitur viciſſim timeat oportet, à quibus timetur.

249 Male imperando ſummum imperium amittitur.

Summum imperium eſt, bene imperare, id amittitur

Digitized by Google

titur malè imperando. Siue nullum imperium tam potens, quod non amittatur, ſi tyrannicè imperes.

250 Mulier, quæ nubit multis, multis non placet.

Malè audiunt vulgo, quæ ſæpius mutant maritum: aut infelices ſunt, aut incontinentes, aut inconſtantes, aut moroſæ.

251 Malum conſilium eſt, quod mutari non poteſt.

Nunquam te inuoluas huiuſmodi nodo, vt te explicare non poſſis. Hunc verſum adiecimus ex Aulo Gellio.

252 NIL agere, ſemper infelici eſt optimum.

Qui infortunatus eſt in rebus gerendis, huic optimum eſt in ocio viuere.

253 Nil peccant oculi, ſi animus oculis imperet.

Oculos incuſamus, quaſi miniſtrent occaſionem malarum cupiditatum. At animus in culpa eſt. qui oculis non imperat.

254 Nil proprium ducas, quod mutari poſsiet.

Nil exiſtimes verè tuum ac perpetuum, quod poſſit auferri.

255 Non

255 Non cito perit ruina uir, ruinam qui timet.

Fortaſſe ſic legendum, ut ſit Trochaicus. Non citò perit ruina, qui ruinam prætimet, id eſt, non facilè opprimitur incommodo, qui præcauet incommodum, & non facilè opprimitur periculo, qui periculum obſeruat.

256 Neſcias quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies.

Trochaicus eſt tetrameter. Ita ludit tempus & fortunæ viciſſitudo, vt ſæpe quæ putaris optima, ſentias maximè nocere, & econtra.

257 Nunquam periculum ſine periclo vincitur.

Et hic citatur à Gellio. Audendum eſt aliquo pacto, ſi cupias effugere periculum. Nam qui timet omnia, nunquam ſeſe explicabit.

258 Nulla tam bona eſt fortuna, de qua nil poſsis queri.

Trochaicus eſt. Felicitati ſemper aliquid adiunctum eſt incommodi.

259 Nuſquam melius morimur homines, quam vbi libenter viximus.

Ibi mori optimum, vbi iucundè viximus.

260 Negandi cauſſa auaro nunquam deficit.

Qui non dat libenter, ſemper aliquam inuenit cauſſam, cur non det.

261 Nimium altercando veritas amittitur.

Moderata diſceptatione veritas excutitur, at immoderata perditur, id quod prorſus accidit ſophiſticis quibuſdam ac rixoſis diſputatoribus. Hic verſus à Gellio citatur.

262 O VITA miſero longa, felici breuis.

Hunc refert Seneca. Infelices laborant vitæ tædio: felicibus mors ante diem videtur accidere, quòd vitæ tædium non ſentiant.

263 PARS beneficij eſt, quod petitur, ſi belle neges.

Quidam ita moleſte dant, vt gratiam amittant beneficij: quidam adeò commodè negant, vt videantur dediſſe.

264 QVOtidie damnatur, qui ſemper timet.

Qui ſibi conſcius, ſemper timet ſupplicium, is quotidie damnatur.

265 Quotidie eſt deterior poſterior dies.

Semper

Digitized by Google

Semper ætas verget in peius, hoc eſt, mores hominum indies magis ac magis degenerant.

266 RIDIculum eſt, odio nocentis perdere innocentiam.

Trochaicus eſt. Stultum eſt ſic odiſſe peccatum, vt ipſe pecces. Veluti ſi quis ob impudicam vxorem, veneno tollat adulteram, & ſic puniat adulterium, vt ipſe fiat veneficus.

267 STVLtum eſt timere, quod vitari non poteſt.

Veluti mortem, aut aliud fatale incommodum.

268 TIMIdus vocat ſe cautum, parcum ſordidus.

Suis quiſque vitijs blanditur, eaq; extenuat mutatis nominibus.

269 Tam deeſt auaro, quod habet, quam quod non habet.

Hunc Senarium citat Seneca in Controuerſijs, et Quintilianus libro 8. Auarus non magis vtitur ſuis, quàm alienis: vtriſq; igitur ex æquo caret.

270 VETEREM ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Et hic refertur ab Aulo Gellio. Si ſinas impunitum peccatum, facis vt iterum libeat peccare.

SENTENTIÆ PVBLII MIMIS SIMILES EX POETIS ANTIQVIS.

LATINIS.

Liuio
Ennio
Pacuuio
Plauto
Cæcilio
Varrone
Laberio
Catullo
Martiale
Sexto
Næuio
Accio
Lucilio
Terentio
Pomponio
Titinnio
Publio
Seneca
Auſonio
E manuſcriptis addidi verſus XLVI.

GRAECIS.

Euripide
Menandro
Theophraſto
Heſiodo
Ariſtophane
Cleanthe
Homero

COLLECTAE ET EXPOSITAE *à Georgio Fabricio Chemnicenſe.*

Apprime

Digitized by Google

271 APprime in vita eſt vtile, vt ne quid nimis.

Mediocritas in omni re eſt laudabilis atque vtilis. Hoc dictum, quod alij Thaleti, alij Pittaco, alij Chiloni, alij Sodamo aſſcribunt, refert Terentius in Andria.

272 Amici animum quærunt, paraſiti diuitias.

Lucil. Sat. 27. Qui amat vere, amici voluntatem ſpectat: qui temporis cauſſa obſeruat, tantum in fortunas intentus eſt.

273 Amicus certus in re incerta cernitur.

Ennius apud Ciceronem de amicitia. In rebus aduerſis cognoſcitur fides amicorum.

274 Amor perennis coniugis caſtæ manet.

Seneca in Octauia: Pudicæ vxoris ſempiternus amor eſt, neq; vlla violatur iniuria.

275 Amor ocioſo cauſſa ſollicitudinis.

Ex manuſcripto, in quo inter Publij Mimos legitur. Apud ocioſos acceſſum amor habet: & ocium amoris ſemina iacit. Vnde adoleſcens ille in Truculento, Re placida atq; ocioſa, victis hoſtibus, amare oportet.

Digitized by Google

276 Aurum multa multis ſæpe ſuaſit perperam.

Plaut. in Capt. Multi ob diuitias maxima ſuſceperunt facinora. Eriphile maritum ob aurum prodidit: Pygmalion auunculum & affinem interfecit. Tibul. Auro ſæpe ſolent multa ſubeſſe mala.

277 Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.

Plaut. in Pœnulo. Diuitiæ fortunæ ſunt: bonitas naturæ ab excellentiæ mente proficiſcitur.

278 Amantium iræ, amoris integratio eſt.

Terent. in And. Ex amantium diſcordia conciliatur firmior concordia.

279 Anima eſt amica amanti, ſi ea abeſt, nullus eſt.

Plautus. Amantis anima in alterius degit corpore.

280 Alium ſilere quod voles, primus ſile.

Seneca in Hippolyto. Quæ tecta tacitaq; eſſe cupis, tu primus ne enuncia.

281 Ars prima regni eſt, poſſe inuidiam perpeti.

Idem in Herc. furente. Qui in aulis eſſe vult, inuidorum morſus ne curet.

282 Ali-

282 Aliena laudat, qui genus iactat ſuum.

Idem ibidem. Qui maiorum laudes prædicat, quibus ipſe nihil adiecit, aliena prædicat non ſua. Ea noſtra ſunt, quæ virtute propria fecimus.

283 Aequum animum indignanti iniquat contumelia.

Trochaicus Laberij. Contumelioſus ſermo iniquat, hoc eſt, iniquum facit & incitat etiam æquum animum, ſi acceſſerit indignatio.

284 Ad ſuum quenque æquum eſt quæſtum eſſe callidum.

Plaut. in Aſin. & Truc. Suum quiſque quæſtum prudenter exercere debet.

285 An diues, omnes quærimus, nemo, an bonus.

Seneca ad Lucilium ex Euripide affert. Habet ſententia repræhenſionem morum communium.

286 Auarus animus nullo ſatiatur lucro.

Idem ad eundem, cum alia Publij ſententia adducit hunc verſum lib. 14. Auari cupiditas nulla copia impletur.

287 Aequum atque iniquum regis imperium feras.

Seneca in Medea: Publicæ quietis cauſſa toleran-tia etiam ſub iniquis magiſtratibus exercenda.

288 AEtate fruere, mobili curſu fugit.

Idem in Hippolyto. Sumtum de illo Ouidij, Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas. Nulla iactura facilior, nulla carior eſt quam temporis.

289 Amor timere neminem verus poteſt.

Idem ibidem. Amoris ſinceri proprium bonum eſt, vt metu vacet.

290 Aequo animo, qui malis miſcetur, eſt malus.

Ex manuſcripto. Qui patienter fert malorum conſuetudinem, & ipſe bonus reputari non poteſt.

291 BENEfacta male locata, malefacta arbitror.

Ennius apud Cic. 2. de Officijs. Beneficium perit, quod apud indignum ponitur.

292 Bonus animus in mala re, dimidium eſt mali.

Plautus in Pſeud. Patientia in aduerſis, partem mali tollit.

293 Bonum in malis eſt, quod mala ignoras tua.

Seneca

Digitized by Google

Seneca in Thyeſte, Pars felicitatis eſt mali impendentis ignorantia.

294 Bona, imperante animo, fiet pecunia.

Ex manuſcripto. Si animus gubernet modum diuitiarum, non poſſunt eſſe malæ.

295 Bona quem non ſuſtinent, cadunt vt opprimant.

Ex eodem. Qui vti neſcit bonis, ei non præſidio ſunt, ſed augent ruinam.

296 Bis perit amator, abs re atque animo ſimul.

Plaut. in Truc. Duplex amoris incommodum, alterum fortunarum, alterum integritatis animi. Ad hæc ſæpe accedit tertium corporis, morbi incurabiles, & mors præmatura.

297 CVIque proprius attributus error eſt.

Ex Catulli epigrammate. Simile illud Propertij, Vnicuiq; dedit vicium natura creato. Item Horatij, Vicijs nemo ſine naſcitur. Hæc dicta faciunt ad minuendam arrogantiam.

298 Cæca eſt temeritas, quæ petit caſum ducem.

Sen. in Agamemnone. Omnis temeritas improuida, ſed maxime ea, quæ ſucceſſu aliquo nititur.

299 Capienda rebus in malis præceps via eſt.

Idem ibidem. Malum ſæpe vincitur temeritate & pertinacia.

300 Cum cœpit, vrget premere felices Deus.

Idem in Herc. Oeteo. Fortunati, cum ruere incipiunt, continenter ruunt.

301 Cœleſtis ira quos premit, miſeros facit.

Idem ibidem. Verè miſer eſt, qui Deum iratum habet.

302 Communia amicorum inter ſe ſunt omnia.

Teren. in Adel. In vera amicitia nihil eſſe priuatum ſolet, ſed omnia communibus ſeruiunt vtilitatibus.

303 Conqueri fortunam aduerſam, non lamentari decet.

Pacuuius in Niptris, apud Cic. in 2. Tuſ. Trochaicus. Dolere debemus, flere muliebriter non debemus. Dolor eſſe nos homines oſtendit, doloris moderatio etiam viros. Lamentatio & ab homine & à viro aliena eſt.

304 Cui conuenit cum paupertate, diues eſt.

Ex

Ex manuſcripto. Nulla re eget, qui bene conſulit præſentia.

305 Cum hominibus pacem, bella cum vitijs habe.

Ex eodem. Vitia oderis non hominem: amicos ames, vitia reprehendas. Ita Martialis ait ſe parcere perſonis, dicere de vitijs.

306 Caſtiga amicum clanculum, lauda palam.

Ex eodem. Caſtigatio acerba, ideo clam fieri debet, Laus grata, ideo publicè adhibenda eſt. Ex Solonis dicto ſumta ſententia.

307 Conſueta vitia ferimus, non reprændimus.

Ex eodem. Quæ in conſuetudine ſunt, etiamſi vitioſa fuerint, toleramus potius, quàm accuſamus.

308 Contumeliam nec fortis poteſt, nec ingenuus pati.

Ex eodem. Trochaicus. Inſolentes infamiæ ſunt fortes & generoſi homines.

309 Conſcientia animi nullius inuenit linguæ preces.

Ex eodem, Trochaicus. Mens bene conſcia ſe ipſa contenta eſt, neq; de alieno pendet iudicio, neq; precatores ſibi parat.

310 Co-

310 Cotidie damnatur, qui ſemper timet.

Ex eodem. Apud Eraſmum legitur in Q. litera. Laurentius Abſtemius lib. 2. de locis obſcuris negat Senecæ eſſe, in hoc ipſo errans, quod Publij eſſe ignorauerit.

311 Certa ſi decreta ſors eſt, quid cauere proderit?

Ex eodem. Si omnia fiunt neceſſitate aut fato, omnis cautio eſt ſuperuacanea.

312 Cuncta incerta ſi feruntur, quid timere conuenit?

Ex eodem. Si nihil certi eſt in rebus humanis, fruſtra timore angimur.

313 DETERiores omnes ſumus licentia.

Terent. in Heautont. Quo plus licet nobis, tanto magis libet.

314 Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Seneca ex Cleanthe lib. 18. ad Lucilium. Fatis nemo poteſt reſiſtere, obſequentibus indulgent, repugnantibus vim inferunt.

315 Decipitur nemo, qui amicis recte narrat res ſuas.

Plaut.

Plaut. in Pœnulo. Non facilè errat, qui amicorum vtitur conſilijs fidelibus. Trochaicus eſt.

316 Difficile cuſtoditur, quod multi petunt.

Ex Poeta antiquo D. Hieronymus contra Louinianum. Dicitur de forma muliebri, quam celare difficile, cuſtodire in moribus improbis impoſſibile, nam neceſſitas infida caſtitatis eſt cuſtos.

317 Dubiam ſalutem qui dat afflictis, negat.

Seneca in Oedipo. Qui non ſtatim iuuat, ſi poteſt, non multum miſeros iuuat.

318 Dediſcit animus ſero, quæ didicit diu.

Seneca in Troade. Quod inſitum ſenſibus, & confirmatum doctrina eſt, difficulter deponitur.

319 EXILIVM patitur, patriæ qui ſe denegat.

Ita in manuſcripto legitur, aliter reſtituit Eraſmus.

320 Eſt adulter, amator in ſuam vxorem ardentior.

Ex ſententiolis cuiuſdam Sexti citat D. Hieron. Non reprehenditur amor mariti, ſed amatoris in coniugio inſania. Amor metiendus iudicio, & explendus modo, non deformandus abuſu. Verſus eſt trochaicus.

321 Ea libertas eſt, qui pectus purum & firmum geſtitat.

Ennius in Phœnice, vt eſt apud Gellium. Verè liber eſt, qui ſibi bene conſcius atq; conſtans eſt.

322 Eum ſcire oportet ſibi paratam peſtem, qui exitium parat.

Ex antiquo Poëta Cicero Tuſculana 2. Verba ſunt Eurypyli vulnerati in Tragœdia. Qui alteri malum parat, idipſum tandem expectet neceſſe eſt.

323 Eſt profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditq; & videt.

Plaut. in Capt. Deum nemo poteſt fallere, qui & noſtros ſermones audit, & actiones intuetur. Tranſlata de Homero ſententia. Verſus eſt trochaicus.

324 Ego illum periiſſe puto, cui periit pudor.

Idem in Bacch. Quem amplius non pudet, de illo nulla virtutis ſpes eſt.

325 FACIENDVM id nobis, quod parentes imperant.

Plaut. in Sticho, Imperium parentum ſanctè habendum eſt.

326 Factum quod eſt, infectum fieri non poteſt.

Prouerbialis ſententia de Terentio. Facta infecta fieri nequeunt.

327 For-

327 Fortiter malum qui patitur, idem poſt potitur bonum.

Plaut.in Aſin.Trochaicus. Tolerans in aduerſis qui eſt,ex rebus ſecundis voluptatem capit.

328 Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit.

Idem in Merc.Inde translatum eſt, Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

329 Felix videtur, qui mala ignorat ſua.

Ex manuſcripto.Infelicitatis cumulus eſt, mali imminentis præſcientia.

330 Felix criminibus nullus vnquam erit diu.

Ex eodem. Qui ſibi gratiam calumnijs comparat,ea non futura eſt diuturna.

331 Fortuna opes auferre, non animum poteſt.

Seneca in Medea.Viro forti nulla calamitas nocet,nec eum ſtatu mentis dimouet. Ageſilaus Lacedæmonius dicebat ſe ita paratum, vt animum ipſe nunquam mutaret, etiamſi fortuna mutaretur.

332 Fortuna, humana fingit artatq́;, vt lubet.

Plaut.in Capt.Fortuna dominatur in rebus humanis,et vti ea oſtendit ſeſe,ita magni atq; humiles ſumus.

Digitized by Google

nius. Ita Homerus, Pindarus, Archilochus, Apollodorus, eoſq; ſecutus Terentius.

333 Fortuna inuida eſt, ſi quis immerito miſer.

Ex manuſcripto. Fortunæ imputatur, ſi quis innocens affligitur.

334 Fortuna immoderata in bono æque atq; in malo.

Laberius apud Gellium. Fortuna neq; in bonis neq; in malis modum obſeruat.

335 Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu.

Auſonius. Mutabilitas rerum humanarum multis caſibus cotidie cernitur.

336 Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt.

Sen. in Thebaide. Nihil magis anceps atq; incertum, quàm euentus bellorum.

337 Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

Idem in Medea. Fortuna iuuat audentes, formidoloſis aduerſa eſt.

338 Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.

Martialis. Senarius ſcazon. Multi nimis habuerunt

Digitized by Google

runt opum, vt Craſſus & Lucullus: quorum tamen cupiditas nullis copijs expleta fuit.

339 Florem decôris ſinguli carpunt dies.

Sen. in Octauia, Pulcritudo ſingulis decreſcit diebus, Nec forma æternum, vt ait Tibullus. Translatum ex Ouidio, qui de forma ait, Quantumq; accedit ad annos, Fit minor, & ſpacio carpitur ipſa ſuo.

340 Ferrum tuetur principem, melius fides.

Ibidem. Principes tuti ſunt potentia: Sed beneuolentia ſuórum multò magis.

341 Fortem facit vicina libertas ſenem.

Ibidem. Hoc eſt illud (vt ſcribit Cicero) quod Piſiſtrato tyranno à Solone reſponſum eſt, cum illi quærenti, Qua tandem ſpe fretus, ſibi tam audacter reſiſteret, reſpondiſſe dicitur, Senectute.

342 Facilitate nihil homini eſt melius, neq; clementia.

Terent. in Adel. Trochaicus. Nullæ virtutes in vita hominum illuſtriores, quàm commoditas morum & clementia.

343 Ferme fugiendo in media fata incurritur.

Ex manuſcripto, Legitur eadem ſententia, licet

diuerſis verbis, apud Homerum & Heſiodum: & comprobat interitus Alexandri Epirotæ, de quo apud Iuſtinum lib.12. Item Atys filij Crœſi, de quo apud Valerium lib. 1. Item Cambyſis filij Cyri, de quo apud Herodotum lib. 3.

344 Fidem ſecunda poſcunt, aduerſa exigunt.

Seneca in Agam. In rebus lætis fides requiri, in aſperis etiam exigi ſolet.

345 GRADVS eſt futuri, finis alterius mali.

Quod de ſuis ærumnis dicit apud Senecam Hercules, ad vniuerſum hominum genus rectè accommodatur. Finis enim vnius mali in hac vita, tranſitus eſt ad aliud malum.

346 HAVD eſt virile, terga fortunæ dare.

Seneca in Oedipo. Fortunæ cædere, non viri eſt officium. & Vates ad Aeneam inquit, Tu contrà audentior ito, Quam tua te fortuna ſinet.

347 Haud eſt nocens, quicunque non ſponte eſt nocens.

Idem in Herc. Oeteo. Nullum peccatum eſt, niſi voluntarium.

348 Hoc facile credunt, quod nimis miſeri volunt.

Idem

Digitized by Google

Idem in Herc. furente. Ea quæ cupimus, quæq; proſunt, facilè credimus: contrà Tardè, quæ credita lædunt, Credimus, inquit Ouidius.

349 Humi iacentem ſcelera non intrant caſam.

Idem in Thyeſte. Priuata vita magnorum facinorum non præbet occaſionem.

350 Habere regnum caſus eſt, virtus dare.

Ibidem. Ad imperium multi caſu perueniunt: ſed regnum alteri vltro concedere, perfectæ virtutis eſt.

351 Homo locum ornat, non ornat hominem locus.

Adducitur è poëta veteri à Chariſio Grammatico. Dignitas hominis vera eſt in virtute aut meritis, non in opibus aut honoribus.

352 Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius.

Teren. in Adelphis. In omni re plus ad iniuriam & contentionem parati ſunt, qui minus ſunt experti: & proprium imperitiæ eſt, iniuſta pertinaciter defendere.

353 Homo tacere qui neſcit, neſcit loqui.

Ex manuſcripto. Silentium opportunum, & ſer-

Digitized by Google

mo tempeſtiuus, ſapientis vtrunque hominis. Pittaci antiquum dictum.

354 IMPERIA dura tolle, quid virtus erit?

Seneca in Herc. furente. Virtus non ſpectatur, niſi periculis. Socrates pedem Athenis non extulit, triginta Lacedæmoniorum tyrannis imperantibus.

355 Iniqua nunquam imperia retinentur diu.

Idem in Thebaide, in Medea, in Troade hanc repetit ſententiam, & res docet nullum dominatum iniuſtum, diuturnum aut ſtabilem fuiſſe.

356 Imperia precio quolibet conſtant bene.

Tyrannorum vox apud Senecam, Polynicis in Thebaide: apud Euripidem Eteoclis in Phœniſſis. Dum imperium habeas, ne quæras quo iure habeas. Si violandum eſt ius, regnandi gratia violandum eſt, vt Iulius Cæſar dicere ſolitus fuit.

357 In ſeruitutem cadere de regno, graue eſt.

Seneca in Theb. Ex domino ſeruum fieri, acerbiſſimum. Vnde illa querela Andromaches, Stirpis Achillææ faſtus, iuuenemq; ſuperbum Seruitio enixè tulimus.

358 Id facere laus eſt, quod decet, non

non quodlibet.

Idem in Octa. Potentia non abutendum ad libidinem.

359 Ingenia melius recta ſe in laudem ferunt.

Idem in Hipp. Bona ingenia gloria excitantur.

360 Is amicus eſt, qui in re dubia, re ad iuuat.

Plautus in Epid. In rebus aduerſis exploratur amicorum fides & conſtantia.

361 In re mala, animo ſi bono vtare, adiuuat.

Idem in Capt. Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum, vt idem dicit alibi.

362 Inuitare eſt calamitatem, cum te felicem vocas.

Ex manuſcripto. Res ſecundæ ſecuritatem pariunt: ſecuritas eſt calamitatis initium.

363 Ius, omnem ſupra iniuriam, poſitum ſcias.

Ex eodem. Iuſticiæ cultus omnem vincit iniquitatem. Iniuria tandem veritate opprimitur.

364 Inuidia loquitur non quod eſt, ſed quod ſubeſt.

Ex eodem. Inuidorum non ſolet eſſe rectum iudicium.

Digitized by Google

365 Infirmi animi eſt, non poſſe diuitias pati.

Ex eodem. Diuitijs vti non poſſe, & ignaui & imprudentis eſt.

366 Ingrato homine terra peius nil creat.

Auſonius ex Menandro. Ingratus quia omnia pietatis iura violat, & in deterrenda liberalitate alijs facit iniuriam, peſſimus & nocentiſſimus eſt mortalium.

367 Incogitantes ſors, non conſilium regit.

Idem in ludo Sapientum. Incogitantia caſum ducem habet, non rationem.

368 Iuuenile vitium eſt, regere non poſſe impetum.

Seneca in Troade. Iuuenes minus coërcere poſſunt animorum motus, tum natura, quia ſanguis in ijs calidior: tum imperitia, minus enim ſunt experti.

369 Illicita amantur, excidit quicquid licet.

Idem in Herc. furente. Nitimur in uetitum. &, Quicquid negatur cupimus magis.

370 LEVE eſt miſerias ferre, perferre graue.

Seneca in Thyeſte. Facile eſt mala tolerare ali-quandiu, ſed in perferendo conſtantia eſt difficilior.

371 Libido cunctos etiam ſub vultu domat.

Ex manuſcripto. Cupiditas inuadit omnes, quam uis ſpecie aliqua diſſimulent.

372 Leges bonæ ex malis creantur moribus.

Macrobius citat, non expreſſo autoris nomine, ſed prouerbij vice lib. 3. Satur. Leges feruntur contra improbitatem, ideoq; improbitas bonarum legum cauſſa eſt.

373 Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

Plaut. in Pœn. Quod corporis formæ aut ornamentis deeſt, id morum honeſtate & factorum pulcritudine compenſatur. Trochaicus.

374 Leuis eſt dolor, qui cupere conſilium poteſt.

Seneca in Medea. Cum conſilio aut conſolationi locus eſt, dolor mitigari aut exhauriri poteſt.

375 Leuius ſolet timere, qui propius timet.

Idem in Troade, Timor leuatur, cognatorum aut amicorum præſentia.

376 Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.

Idem in Hipp. Aetati vnicuiq; ſui mores, & proprium decorum eſt.

377 Laus vera humili ſæpe contingit viro.

Idem in Thyeſte. Laudi non obſtat natalium obſcuritas, ſi cui ineſt animus virtutis ſtudioſus & appetens.

378 MORtalis nemo eſt, quem non attingat dolor.

Ex Euripide, Cic. 3. Tuſc. Nemo tam felix vnquam inter homines extitit, qui non aliquando doluerit.

379 Matris ferre iniurias pietas iubet.

Terent. in Hec. Ex dicto Cleobuli, parentes patientia eſſe vincendos. Trochaicus Senarius.

380 Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum eſt ferre.

Idem in eadem Comœdia. Sententia Menandri admonens, incommoda commodorum comparatione eſſe interdum tolerabilia. Fortuna proſpera vtendum eſt, aduerſa vero æquitate vincenda.

381 Malo ſi benefacias, id beneficium interit.

Plaut. in Pœnulo. Beneficium in improbum collatum, perit.

382 Mali ſunt homines, qui bonis dicunt male.

Idem in Bacch. Bonis maledicere, improbitatis eſt indicium.

383 Meminiſſe dulce eſt, quod fuit durum pati.

Sen. in Herc. Furent. Suauis eſt recordatio malorum præteritorum.

384 Malam bonæ præferre fortunam licet.

Idem in Thyeſte. Rebus lætis nimium animi ferociunt, triſtibus ſunt humiliores: mala igitur fortuna bonæ videtur anteferenda.

385 Male imperatur, cum uulgus regit duces.

Idem in Octa. Cum vulgo nimium licet, infirmum eſt imperium principis.

386 Mens impudicam facere, non caſus ſolet.

Idem in Hipp. Quæ mentem pudicam habet, nulla violatur iniuria, vt Lucretia.

387 Malis vxoris pœna nulla acerbior.

Ex Poëta antiquo Chariſius. Nullum ſupplicium in moleſtia grauius, quàm moroſitas aut vitia vxoris. Translata de Sophocle ſententia.

388 Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat, videt.

Trochaicus. Plaut. in Men. Meretrix non mores, ſed pecuniam amat, & tam diu blanda eſt, dum habet, quod extorqueat.

389 Magnum timoris remedium clementia eſt.

Seneca in Octauia. Ne habeat princeps quod timeat, ſed vt carus ſuis ſit, id ſola clemẽtia efficitur. Hæc Cæſarem Deum fecit, hæc Traianum cœlo inſeruit. Sola dijs æquat clementia, vt Claudianus canit: ſola vacuitatem metus efficit, vt hîc dicitur.

390 Multa amittuntur tardicie & ſocordia.

Accius in Diomed. Inopia conſilij & actionum tarditas impedimenta ſunt rerum gerendarum. Citatur à Nonio.

391 Multi ſuam rem bene geſſere & publicam patria procul.

Accius apud Ciceronem. Non obſtat virtuti veræ ſiue in patria agas, ſeu degas in exilio.

392 Multi

392 Multi iniqui atq; infideles regno pauci ſunt boni.

Idem apud eundem. Trochaicus hic eſt, vt & ſuperior. Iuſtitia & fides raræ in imperijs virtutes ſunt: iniquitas & perfidia regnant in aulis principum.

393 Munificus nemo putatur, niſi pariter volens.

Pacuuius in Duloreſte. Virtus non appellanda eſt, quæ non eſt voluntaria: idq; inprimis in dando tribuendoq; locum habet. Legitur apud Nonium, et apud Salluſtium in Iugurtha, autore nō nominato.

394 Mores amici noueris, non oderis.

Ex Menandro Porphyrio, Horatij interpres. Debemus amici, ſi quod ſit vicium, non faſtidire, vt canit Horatius, Menander, φίλου τρόπους γίνωσκε, μιςήσῃς δὲ μή.

395 Mors miſera non eſt, aditus ad mortem miſer.

Fab. lib. 8. ex ignoto poëta. Mori ipſum non eſt miſerum, fit enim ad punctum temporis: dolores autem & cruciatus, qui mortem antecedunt, hominem miſerum efficiunt, quanquam hoc negat in prima Tuſculana Cicero.

396 Magnus ſibi ipſi non facit finem dolor.

Seneca

Seneca in Troade. Magnitudo doloris, alio dolore non tollitur. Aequitas igitur optimum eſt ægri animi remedium.

397 Miſerrimum eſt timere, cum ſperes nihil.

Idem ibidem. Timor, niſi ſpe aliqua ſubleuetur, maxima eſt miſeria.

398 Minimum decet libère, cui multum licet.

Idem ibidem. Quò quis plus poteſt, eò minus ad iniuriam potentia vtatur.

399 Miſeris colendos maxime ſuperos reor.

Idem in Agam. In miſeria non eſt fugiendum à Deo: cuius clemẽtia erga miſeros maxime prona eſt.

400 Mature fias ſenex, diu eſſe ſi velis ſenex.

Prouerbiale hoc Romanis fuit, autore Cicerone, monens in adoleſcentia ſobrietate & temperantia, alijsq; virtutibus, comparanda eſſe ad ſenectutem præſidia. Verſus eſt trochaicus.

401 Malum conſilium conſultori peſſimum.

Ex Heſiodo translatum. Qua occaſione apud Romanos vulgi ſermone iactatum ſit, docet Gellius lib. 4. Improbitas conſilij plerunq; in autoris caput ſolet recidere.

402 Mo-

Digitized by Google

402 More hoc fit, quiſque ſuam vxorem mori vt velit.

Pomponius in Ariſta. Sententia repræhendens mores hominum mutabiles, quia bona præſentia rarò agnoſcunt, plerunq; faſtidiunt.

403 Multa ſub vultu odia, multa ſub oſculo latent.

Ex manuſcripto. Oderunt ſæpe inuidi, vt inimici: oderunt etiam maximè coniuncti, vt ſimulatores.

404 NIHIL eſt in vita proprium mortali datum.

Lucilius 27. Satyrarum apud Nonium. In vita hominum nihil ſtabile eſt & ſempiternum.

405 Neceſſe eſt, multos timeat, quem multi timent.

Laberius hoc verſu notauit Iuliũ Cæſarem. Huic ſimilis ille Publij, Multos timere debet, quem multi timent. Cicero 2. offic. Qui ſe metui volent, à quibus metuuntur, eoſdem timeant ipſi, neceſſe eſt.

406 Non poſſunt primi eſſe omnes omni tempore.

Idem apud Gellium. Boni etiam interdum vincuntur artifices. Hunc verſum Publio obiecit Laberius, à quo in ſcena victus erat.

407 Non facile ſine deorum opera, propria humana ſunt bona.

Accius

Accius in Armorum iudicio apud Nonium. Iambicus octonarius. Abſque beneficio Dei, nihil diuturnum eſt hominibus.*

408 Non genus virum ornat, generi fortis vir ſed eſt loco.

Idem in Diomede. Trochaicus. Genus per ſe nemini ornamento eſt: præſtans vir decus generi conciliat. Locum pro dignitate in hoc verſu interpretatur Nonius.

409 Nunquam vlla humilitas ingenium infirmat bonum.

Idem in Perſidis apud Ruffinum. Nec verè bonus corrumpi, nec verè malus corrigi poteſt, ſententia ſumta ex Hecuba Euripidis.

410 Ne quid expectes amicos, quod tute agere poſsies.

Ennius apud Gellium. Trochaicus. Quod per nos efficere poſſumus, fruſtra amicis committitur.

711 Nauè agere oportet, quod agas, non ductarier.

Plaut. in Friuolaria, vt citat Feſtus. Omnia negocia, celeritas expedit, mora retardat. Nauè autem, ſtrenuè ſignificat.

412 Nemo alteri concedit imperium volens.

Ex ignoto poëta apud Salluſtium in oratione ad

C. Cæ-

C. Cæſarem, de Repub. ordinanda. Nemo ſponte deponit imperium, vt concedat alteri.

413 Nihil eſt miſerius, quam animus hominis conſcius.

Plaut. in Moſt. Conſcientia peccati maximum eſt malum.

414 Non intrat vnquam regium limen fides.

Seneca. Rari ſunt amici veri in aulis principum.

415 Nihil homini, amico eſt opportuno, amicius.

Plaut. in Epidico. Homo amicus & conuictor commodus multis ſubleuat moleſtijs.

416 Neceſſe eſt facere ſumtum, qui quærit lucrum.

Idem. In lucri cupiditate neceſſarius ſumtus faciendus eſt.

417 Nimia omnia nimium exhibent negocium hominibus.

Idem in Pœnulo. Quicquid excedit modum, parit incommodum.

418 Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia.

Idem in Trinummo. Trochaicus. Non annis, neque diuturnitate temporis, ſed naturæ bonitate acquiritur ſapientia.

419 Ni-

Digitized by Google

419 Nihili eſt homo, ſuum qui officiū facere eſt immemor.

Idem in Pſeud. Qui officij ſui munus non exequitur accuratè & diligenter, homo improbiſſimus eſt.

420 Nihil eſt, quin male narrando poſſit deprauarier.

Terent. in Phor. Maliciosa interpretatio etiam optimè dicta peruertit.

421 Non fit ſine periclo facinus magnum & memorabile.

Idem in Heautontimor. Quò maius periculum eſt in ſuſcipiendo aut perficiendo, eò factum redditur illuſtrius.

422 Nunquam vir æquus diues euaſit cito.

Refertur ex Menandro. Boni viri non facile magnas colligunt diuitias.

423 Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.

Seneca in Agam. In imperijs ſocietas, vt & in matrimonio, eſſe nequit.

424 Nemo potentes aggredi tutus poteſt.

Idem in Medea. Potentioribus cum periculo reſiſtit, quiſquis reſiſtit. Eadem apud Homerum & Heſiodum ſententia.

424 Negata magnis ſceleribus ſemper fides.

Idem in Hippo. Atrocia ſcelera rarò creduntur: putantur enim fieri non poſſe.

425 Non expedit concutere felicem ſtatum.

Idem in Oed. Quietum mouere ſtatum, res eſt pernicioſiſſima.

426 Nemo nocens ſibi ipſe pœnas irrogat.

Idem in Her. Oet. In proprijs delictis nimis indulgentes & corrupti ſumus iudices.

427 Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus.

Idem in Medea. Virtus nuſquam excluditur, nunquam intempeſtiua eſt.

428 Nihil in propinquos temere conſtitui decet.

Idem in Octa. Quò magis amamus noſtros, eò illis grauius iraſcimur. Temeritas igitur in animaduertendo fugienda eſt.

429 Non quam diu, ſed quam bene viuas cogita.

Ex manuſcripto. Stultè ſoliciti ſunt de diuturnitate vitæ, qui de morũ honeſtate ſunt ſecuri. Varro

in Modio ſcripſit, non eos optimè vixiſſe, qui diutiſſimè vixerint, ſed qui modeſtiſſimè.

430 Nunquam quam multis placeas, ſed quibus, ſtude.

Ex eodem. Non multitudini placendum eſt, ſed bonis.

431 Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum.

Ex eodem. Fortuna nihil donat proprij, quia mutabilis eſt.

432 Non cito perit ruina vir, ruinam qui timet.

Ita Publij verſum ſuprà emendauimus, quem aliter diſtinguunt exemplaria, aliter legit Eraſmus.

433 Non licet hominem eſſe ſæpe, ita vt vult, ſi res non ſinit.

Terent. in Heau. Trochaicus. Propoſitum animi interdum mutandum, neceſſitatis gratia. Rigor enim nimius negocia plus impedit, quam expedit.

434 Non eſt ad aſtra mollis e terris via.

Seneca in Herc. furente. Immortalitas conſtat maximis laboribus.

435 Non abnuendum, ſi dat imperium Deus.

Idem in Thyeſte, Non eſt recuſandum imperiū, quod

quod concedit Deus : ſed eo iuſtè & ſapienter vtendum, & ad dantis gloriam.

436 **Non humanitas, imo ſæuitia eſt lædere innocentem.**

Citatur è Varrone à Grammaticis. Trochaicus acatalecticus. Iniuria afficere innoxium, potius beluinum, quàm humanum eſt.

437 Nullum malum, quod non natura humana patiendo ferat.

Ex Euripide Cicero. Eandem ſententiam tranſtulit Virgilius. Superanda omnis fortuna ferendo eſt. Ita Ouid. Paupertatemq; ferendo, Effecere leuem.

438 Ne præter ſapias, quam placet parentibus.

Plaut. in Perſa. Liberi ſua conſilia parentum conſilijs ne præferant : hi enim & vſu & beneuolentia ſolent illos antecellere.

439 O NVLLA longi temporis felicitas.

Sen. in Agam. Exclamatio in ſtatum commutabilem rerum humanarum.

440 O fors fortuna, vt nunquam perpetuo es bona.

Terent. in Hecyra. Altera exclamatio priori ſimilis.

441 Omnibus nobis, vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.

Idem ibidem. Cum fortuna hominum animi mutantur, in ſecundis elati, in aduerſis abiecti. Sententia Homerica, quam imitati ſunt Apollodorus, Archilochus, Pindarus. Verſus Trochaicus.

442 Omnes vitam differentes, mors incerta præuenit.

Ex manuſcripto. Qui ſe putant longæuos, citius moriuntur.

443 Otio qui neſcit vti, plus habet negocij.

Ennius apud Gellium. Trochaicus. Otium qui malè collocat, plus moleſtiæ ſibi ex ignauia aſſciſcit.

444 Obſequium amicos, veritas odium parit.

Teren. in And. In mores hominum, qui offenduntur veritate tam verborum quàm actionum: alliciuntur verò ſimulatione & falſo ſtudio.

445 Omnes ſibi melius malunt eſſe, quam alteri.

Ibidem. Notatur hoc dicto commune naturæ vitium: ſui enim quiſq; ſtudioſior, quàm alie[illegible]i.

446 Omnia prius experiri, quam armis ſapientem decet.

Idem

Idem in Eun. Omnia prius tentanda ſunt, quàm ad vim perueniatur. Legitur eadem ſententia apud Appollonium, Ariſtotelem, Libanium.

447 Omnis dies velut vltimus putandus eſt.

Ex manuſcripto. Mors homini poteſt momento omni accidere, vnde dies quiuis ſummus eſt habendus.

448 Omne vicium habet patrocinium ſuum.

Ex eodem: Nihil tam prauum, quòd non aliquem defenſorem inuenit.

449 PVLcrum eminere eſt inter illuſtres viros.

Seneca in Octauia. Inter claros viros numerari, & inter eos excellere, ſumma laus eſt. Horatius. Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.

450 Patiare potius ipſe, quam facias ſcelus.

Idem in Theb. Melius eſt iniuriam ferre, quam inferre, ex Socratis etiam ſententia.

451 Peiora iuuenes facile præcepta audiunt.

Idem in Thyeſte. Imperita ætas facilius paret malis conſilijs: cuius ſtulticiæ exemplũ in Roboamo Salomonis filio proponũt ſacræ Hebræorum literæ.

452 Precio parata, vincitur precio fides.

Idem in Agam. Qui propter munera fidus eſt, iiſdem muneribus ad perfidiam adduci facilimè poteſt.

453 Pars ſanitatis, velle ſanari, fuit.

Idem in Hipp. Qui ſanari cupit, aliqua ex parte ſanitatem conſecutus eſt.

454 Prona eſt timori ſemper in peius fides.

Idem in Herc. furente. Semper timemus peiora, ſiquidem timor impendentis mali eſt.

455 Pacem reduci velle, victori expedit.

Ibid. Quia victoria omnis inſolens, & non diuturna, ideo etiam victor à pace ne ſit alienus.

456 Prohibere nulla ratio periturum poteſt.

Idem in Hipp. Deſperatis aut contumacibus, fruſtra adhibetur conſilium: hi enim emendari, illi ſeruari nequeunt.

457 Pecunia ingens generis humani bonum.

Ex Euripide, Seneca ad Lucilium. ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς. *Omnes res bonæ aut ſunt pulcræ per ſe, vt amicitiæ, virtus, felicitas: aut ſunt*

ſunt vtiles, propter fruendi noticiam, vt diuitiæ.

458 Primum auſcultare diſce, ſi neſcis loqui.

Pomponius in Aſia. Si ad dicendum imperitus aut imparatus es, aliorum prius ſermonibus aurem attentam adhibe.

459 Probis probari potius, quam multis decet.

Accius ἐν ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ. *Bonorum iudicio potius quàm vulgi ſtandum eſt. Tribuitur ſimilis ſententia Pittaco Mitylenæo.*

460 Parenti oportet potius, quam amori obſequi.

Teren. in Hec. Pietas omnibus cupiditatibus eſt anteponenda.

461 Plus merere debet, in quo virtus eſt.

Varro in Eudæmonibus apud Nonium. Trochaicus imperfectus. Maiora præmia virtute præditis ſunt tribuenda.

462 Patere quod datur, quando optata non danunt dij.

Cæcilius in Plotio. Trochaicus. Danunt antiquè pro dant. Docet patientiam & æquitatem hæc ſententia, & αὐτάρκειαν.

463 Plurimum qui ſis, non quis habearis, intereſt.

Ex manuſcripto. Plus refert bonum aut eruditum eſſe, quam ſolam habere bonitatis aut eruditionis opinionem. Trochaicus.

464 Pauci ex multis amici ſunt, qui certi ſient.

Plaut. in Pſeud. Amicorum qui præſidio in aduerſis ſint, mira eſt penuria. Pindarus, παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοί.

465 Perit voluptas, virtus immortalis eſt.

Ex manuſcripto. Voluptates ſunt temporariæ, & infamiam poſt ſe relinquunt, virtus ad laudem eſt perpetua.

466 Pulcrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.

Plaut. in Pœn. Nihil lutoſius, quam in corpore formoſo mores vicioſi. Trochaicus.

467 Pecuniæ imperare, non ſeruire conuenit.

Ex manuſcripto. Pecunia vti ſi ſcias, ancilla eſt: ſi neſcias, domina.

468 Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.

Teren. in Adel. Lucratur ſæpe pecuniam, qui eam

Digitized by Google

eam in loco ſcit contemnere.. Sententia Menandri & Phocylidis. Iambicus octonarius.

469 Poſt multa virtus opera laxari ſolet.

Seneca in Herc. Furente. Agendo cuncta paulatim minuuntur, etiam fortitudo.

470 Priuſquam fiat, factis prohibendum eſt ſcelus.

Ennius. Initiis malorum maturè & ſummo conatu eſt occurrendum.

471 Poteſt quid eſſe honeſtum, quod non liberum?

Ex manuſcripto. Nulla ſine actionum honeſtate libertas eſt.

472 QVI per virtutem peritat, non pol interit.

Plautus in Cap. Honeſtam mortem ſequitur immortalis fama.

473 Qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet.

Idem in Truc. Trochaicus acatalectus.. Sua facta conſideret, qui alterius cum probro repræhendit.

474 Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.

Idem in Trin. Trochaicus. Modeſte de ſeipſo

ſentiens, ſuos mores commendat, & maiores cotidiè in virtute progreſſus facit.

475 Qui alij maledicit, ſibi conuicium facit.

Ex manuſcripto. Maledicta in autorem redundant.

476 Quam multa iuſta, iniuſta fiunt moribus.

Teren. in Heau. Conſuetudines multos errores ſecum trahunt, & vicia ipſa tuentur.

477 Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuique mos.

Idem in Phor. Diuerſa hominum ingenia, & ſuo quiſque delectatur maximè.

478 Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando inuenit.

Seneca in Her. Furente. Etiamſi temerarijs multa cedant feliciter, tamen triſti & calamitoſo exitu non rarò pœnas luunt.

479 Quemcunque miſerum videris, hominem ſcias.

Idem. Propria hominibus eſt miſeria.

480 Quod ſæpe fieri non poteſt, fiat diu.

Idem in Oed. Diuturnitatis cuſtos quies eſt. Ne feſtines, dummodo dures.

481 Quod

Digitized by Google

481 Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt.

Idem in Hipp. In potentibus infinita cupiditas eſt, poſſe enim volunt, etiam fieri quæ non poſſunt.

482 Quam varia lethi genera mortalem trahunt?

Idem ibid. Infinitis generibus mortis humana vita ſubiecta eſt.

483 Quò plura poſsis, plura patienter feras.

Idem in Troade. Quò potentior, eò ſis æquior.

484 Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet.

Idem ibid. Qui non coërcet maliciam, cum poteſt, alios ad peccandum lenitudine inuitat.

485 Quod ratio nequijt, ſæpe ſanauit mora.

Idem in Agam. Dolor qui ratione non tollitur, ſæpe tempore exhauritur.

486 Quem pœnitet peccaſſe, pœnæ eſt innocens.

Idem ibid. Pœnitentia facti, leuat pœnæ grauitatem.

487 Quem quiſque metuit, odit, ac perire vult.

Idem

Digitized by Google

Idem. Metus parit odium: odium excitat vindictæ cupiditatem. Princeps ad beneuolentiam eſt clementia.

488 Queritur peremtum nemo, quem incolumem timet.

Idem in Oedipo. Malus cuſtos diuturnitatis, metus eſt. Contra beneuolentia ad perpetuitatem fidelis eſt.

489 Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.

Ex Ariſtophanis Veſpis Cicero. In iis ſtudiis verſandum, ad quæ edocti ſumus, & quorum uſum habemus.

490 Quid refert quantum habeas? multo illud plus eſt, quod non habes.

Ex manuſcripto. Citatur etiam ab A. Gellio. Multo pluribus caret vita hominis, quam poſſidet.

491 Quod eſſe tacitum vis, id nulli dixeris.

Ex eodem. Communica cum nullo, quod non vis in vulgus emanare.

492 Quam miſerum eſt ab illo lædi, de quo non poſſis queri.

Ex eodem. A potentiore lædi, res eſt miſerrima. Trochaicus.

493 Quod

Digitized by Google

493 Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis.

Plaut. in Capt. Trochaicus. Viro bono memoriam beneficiorum nemo diutius retinet, & prolixius compenſat.

494 Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil.

Seneca in Medea. Ipſa deſperatio confidentiæ cauſſa eſt.

495 Quod in diuinis rebus ſumas ſumtus, ſapienti lucro eſt.

Plaut. in Mil. Iambicus octonarius. In rebus ad Deum & ſacra pertinentibus, ſoli ſapientes liberales ſunt: intelligunt enim nullam vſuram eſſe vberiorem.

496 Quem quiſque odit, hunc periiſſe expetit.

Ennius apud Cicer. lib.2. Offic. Aptius eſt ad incolumitatem tuendam, diligi, quam timeri. Hanc ſententiam tranſtulit in 2. Eleg. Ouidius, Quem metuit quiſque, periſſe cupit: & Seneca in Agamemnone, vt ſuprà dictum eſt.

497 REX velit honeſta, nemo non eadem volet.

Seneca in Thyeſte. Quales principum voluntates, talia vulgi ſunt ſtudia. Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Digitized by Google

498 Regibus eſt ex manſuetudine certior ſecuritas.

Ex manuſcripto. Regnum ſtabilit non poteſtas, ſed clementia: & reges tuti ſunt non armorum terrore, ſed ciuium amore.

499 Refert bonorum exemplis puniri improbos.

Ex eodem. Ad bonorum commodum ſpectat, improborum ſupplicium.

500 Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.

Seneca in Octauia. Nulli ætati diſciplina, quàm adoleſcentiæ, magis neceſſaria.

501 SVVS cuique mos, ſuus cuique ritus eſt,

Ex antiquo poëta Symmachus. Vnuſquiſque aliquid & ingenio & moribus proprium habet.

502 Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua.

Seneca in Thye. In caput autoris non rarò culpa redundat. & in Herc. fur. Autorem ſcelus Reperit, ſuoq; premitur exemplo nocens.

503 Serum eſt cauendi tempus in medijs malis.

Ibidem. Prudentia & cautione ante malum opus eſt.

504 Stul-

Digitized by Google

504 Stulta eſt fides celare, quod prodas ſtatim.

Idem in Tro. Quod fatendum eſt cum cruciatu aut periculo, id celare ſtolidi hominis eſt.

505 Sequitur ſuperbos vltor a tergo Deus.

Idem in Herc. fur. Nemeſis, hoc eſt, vindicta Dei, vltrix ſuperbiæ eſt: & quidam ait: Frangit Deus omne ſuperbum.

506 Si quis ab alio iratus pœnas expetit, à ſe exigit.

Ex manuſcripto. Iratus qui ſe vlciſcitur, in ſe ſtatuit iudicium.

507 Si incolæ bene ſunt morati, pulcre munitum oppidum.

Plaut. in Perſa. Trochaicus. Non mœnibus firmantur vrbes, ſed ciuium moribus. Expellenda ſunt autem perfidia, peculatus, auaricia, inuidia, ambitio, obtrectatio, periurium, indiligentia, iniuria, ſcelus. Hæc enim ſi aſſint, non centuplex murus rebus ſeruandis ſat eſt: vt idem inquit.

508 Sine teſte nullum eſſe putaueris locum.

Ex manuſcripto. Intuetur omnia Deus, aut propria arguit conſcientia.

509 Scitum eſt, periclum ex aliis facere,

Digitized by Google

cere, tibi quod ex vſu ſiet.

Terent in Heau. Iambicus octonarius. Ex alienis malis comparata, pulcerrima prudentia eſt.

510 Sapiens bonum fert modice, fortiter malum.

Ex Varrone περὶ τύχης. *Sapiens modum adhibet, gaudio in rebus proſperis, cõſtantia in aduerſis.*

511 Sapiens ſuis fortunam fingit moribus.

Antiqui, ſed ignoti poëtæ, quem imitatus in Trinummo Plautus. Appius in carminibus dixit, Fabrum eſſe quenque fortunæ, vt eſt apud Salluſt. Fortuna talis eſt, quales hominum animi, qui eũ ferunt.

512 Sapiens virtuti honorem præmium haud prædam petit.

Ex vetuſto poëta, Cic. 3. de oratore. Sapiens non venatur honorem, vt prædam exiſtimet: ſed rectè facta honorem comitantem, vt præmiũ, amplectitur.

513 Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia.

Cæcilius apud Cic. in 3. Tuſc. Veræ virtuti & ſapientiæ non obſtat paupertas, vt Fabricio & Curio Imperatoribus Romanis: Epicteto & Diogeni, philoſophis Græcis. Trochaicus.

514 Satis eſt, quem cuique tribuit fortuna ordinem.

Accius

Digitized by Google

Accius in Perſidis. Eo loco ac ſtatu vnusquiſq; contentus ſit, qui illi à fortuna eſt attributus.

515 Sapientia gubernator nauim torquet non valentia.

Titinnius in Setina apud Nonium ex 23. lib. Ilia.

Μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι.

Gubernator cõſilio regit nauem, non viribus. Plures res ingenio perficiuntur, quàm robore.

516 Se iudice ipſo nemo nocens abſoluitur.

Ex antiquo Poëta Macrobius 1 lib. in ſom. Scipionis. Homo ſibi malè conſcius, vt iudicis effugiat pœnam, ſuam de ſe non poteſt vitare ſententiam.

517 Stultus eſt, qui cupida cupiens cupienter cupit.

Ennius in Phœnice apud Nonium. Trochaicus, habens Ennianum παρόμοιον. *Nimia cupiditas ſtulti & immoderati animi indicium.*

518 TVTISſima res, timere nil præter Deum.

Ex manuſcripto. Nihil eſt ad defenſionem ſui firmius timore Dei.

519 Tutum quis habuit, nemo ſecurum ſcelus.

Senec a. Multi ſceleris pœnam euaſerunt, conſcientiam ſceleris nemo vnquam vitare potuit.

520 Tu quod cauere poſsis, ſtultum admittere eſt.

Terent. in Eun. Stulticiæ argumentum eſt, non declinare, ſi poſſis, incommodum.

521 Tua quod nil refert, percontari deſinas.

Idem in Hec. Curioſitas indicium leuitatis iurè repræhenditur.

522 VIOlenta nemo imperia continuit diu.

Seneca in Troade. Nihil violentum diuturnum: moderata durant.

523 Victor timere quid poteſt? quod non timet.

Idem in Agam. Securitas ſæpe ipſos victores perdidit.

524 Virtus vocatur proſperum ac felix ſcelus.

Idem. Si quid peccant potentes aut fortunati, hoc non ipſorum ſceleri imputatur, ſed nomine virtutis defenditur.

525 Virtutis eſt domare, quæ cuncti timent.

Idem

Digitized by Google

Idem in Herc. furente. Quæ vulgus horret, non extimeſcit vir fortis.

526 Vitam regit fortuna, non ſapientia.

Theophraſtus in Calliſthene, apud Cicer. 4. Tuſc. Simile illi, Fortuna homini plus, quàm conſiliũ valet. Ita enim in manuſcripto Mimus ille legitur. Optima & ſapientiſſima conſilia ſępe fruſtratur caſus.

527 Virtute abundat multa, qui alienam amat.

Ex manuſcripto. Aliorum virtuti non detrectare, vera virtus eſt.

528 Virtute ambire oportet, non fauitoribus.

Plaut. in Amp. Virtute potius ad honores, quàm præhenſatione & gratia contendendum eſt.

529 Vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro.

Idem in Merc. Vxor honeſta, ſui mariti ſtudioſa eſt: impudica citius vno oculo (vt ille ait) quàm vno contenta viro. Quæ vno contentæ matrimonio apud Romanos fuerunt, corona pudicitiæ honorabantur.

530 Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum.

Idem in Ciſt. Talis eſt humanarum rerum conditio, vt nihil firmi habeat.

Digitized by Google

531 Viuas vt poſsis, quando non quis vt velis.

Cæcilius in Plotio, vt citat Donatus. Præſentem rerum ſtatum æqui conſule, ſi optato frui nequis.

532 Vtrunque vitium eſt, nulli credere, & omnibus.

Ex manuſcripto. Suſpicio & credulitas vtraque vitioſa eſt.

533 Vbiq; tanti quiſque, quantum habuit, fuit.

Seneca ex Euripide apud Lucilium, et refert Horatius ad Mecœnatem. Tanti es, quantum habes.

534 Victor feroces ſemper impetus habet.

Seneca in Troade. Omnis victoria eſt inſolens.

535 Vacare culpa, maximum eſt ſolatium.

Ex Ciceronis ad Marium epiſtola vno verbo mutato tranſſcriptum. Nulla conſolatio conſcientia recta eſt firmior.

536 Vt quiſque eſt meritus, precium pro factis ferat.

Næuius in Danaë. Pro factis bonis aut malis ſuum cuiq; conſtituatur aut præmium aut ſupplicium.

537 Vſquequaque ſapere oportet, id erit telum acerrimum.

Liuius

Digitized by Google

Liuius Andronicus in Equo Troiano. Trochaicus. In omnibus rebus præſidium maximum eſt ſapientia.

538 **Vbi non ſis, qui fueris: uiuere non eſt cur uelis.**

Ex Hecuba Euripidis Cicero. Vita non eſt expetenda, amiſſis priſtinæ & florentis fortunæ ornamentis. Verba ſunt Polyxenæ.

539 Viri boni eſt pati, non facere iniuriam.

Ex manuſcripto. Ferenda potius, quàm inferenda eſt iniuria.

540 Vigilandum eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis.

Cicero pro Plancio, ex poëta antiquo. Magna cautione in humana vita opus eſt: & nemo maiore in periculo, quàm boni uerſantur.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM COMMVNIVM EX MIMIS PVBLII, ET SENTENTIIS ALIORVM.

A

ADdoleſcentia 500
Aegrotus 242
Aerumnæ 245
Aetas 34. 20. 288. 429
Aleator 34
Aliena nostra 1. 28
Amans 15. 16. 19. 278. 279. 320
Amicus 10. 33. 50. 75. 192. 207. 272. 273. 302. 315. 360. 409. 414. 464
Amor 5. 6. 13. 18. 22. 29. 31. 47. 274. 275. 289. 460
Amor ſui 445
Amiſſio 103
Animi vitium 253
Arrogantia 79. 282
Artifices 405
Ars 489
Aſſuetudo 235
Auarus 14. 21. 23. 25. 26. 63. 112. 182. 191. 218. 260. 268. 269. 286. 338
Auctor ſceleris 502
Audacia 205
Aula 413
Auſcultatio 458
Auxilium 162. 317.

B

Bellum 336
Beneficium, beneficentia

tia 36. 37. 39. 42. 46. 49. 52. 57. 70. 73. 183. 263. 291. 381. 393. 492
Bonitas 48. 55. 66. 244. 285
Bonorũ calamitas 129

C

Calamitas 362
Cauſſa mala 222
Caſus 120. 478
Celeritas 106. 200
Clementia 342. 389. 398. 498
Conatus infelix 230
Conatus irritus 140
Concordia 4. 96
Conſilium 80. 101. 144. 251. 401. 446
Conſcientia 128. 264. 309. 412. 508. 535
Conſtantia 152
Conſuetudo 69. 156
307. 476. 477
Contentio 261
Contemtus 83. 117 201
Contemtus ſui 274
Contentus ſuo 514. 531
Contraria 216
Contumelia 190. 283. 308
Credulitas 348. 532
Crimen 157
Cupiditas 112. 184. 517
Curioſitas 521
Cuſtodia difficilis 236. 316.

D

Damnum 154
Decorum 356
Defenſio culpæ 448
Deliberatio 90. 93. 97. 446
Deſiderium 106
Deſperatio 456
Deus 300. 323. 406. 505

Digitized by Google

Dei ira 301. *timor* 518
Diffidentia 76. 98. 532
Dignitas 351. 407. 449
Diligentia 9
Diſciplina 500
Diuitiæ, diues 276. 277. 285. 294. 295. 304. 365. 421. 457. 533
Diuturnitas 480
Doctrina 318
Dolor 27. 59. 94. 104. 171. 212. 374. 378. 396
Donatio 231
Duritia 35.

E

Ebrius 12
Error 297
Euentus 62. 131
Exceſſus 416
Exitioſus 322
Experientia 88
Exul 113. 116. 319. 319.

F

Facilitas 342
Facinus 420
Factum infectum 326
Facundia 84
Fama 54. 61. 100. 158. 170
Fatum 314. 343
Fauor 430
Felicitas 293. 329
Felicitas improborum 85. 129. 330
Fides 105. 119. 121. 134. 136. 137. 340. 344. 413. 424. 452. 454.
Forma 124. 339
Fortis 337
Fortuna 40. 102. 111. 120. 122. 123. 127. 138. 144. 145. 147. 171. 213. 225. 230. 258. 303. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 384. 431. 440.

Digitized by Google

440. 526. 538
Fraus 126
Frugalitas 148
Fuga 346

H

Hæres 174. 175. 233. 242
Honeſtas 358. 471
Honor 210

I

Ignauia 390
Illicitum 369
Immiſericors 125
Imperium 249. 350. 354. 355. 322. 356. 386. 411. 455
Impetus animi 368
Impius 209
Improborum pœna 499
Improbus 290
Impunitas 82.185. 330
Inconſtantia rerum 102 254.256. 265. 530
Indulgentia 64. 65. 87. 426
Infelicitas 252
Infidelitas 392
Ingenium 277. 359. 408
Ingenuitas 118. 187
Ingratitudo 58. 91 189. 219. 366
Inimicus 76. 92. 155. 196
Iniuria 114. 163. 197. 220. 270. 363. 436. 450. 492
Innocentia 199. 217. 349
Inſcitia 352. 458
Intemperantia 74
Inuidia 193. 195. 281. 364
Inuiti retentio 180
Ira 44. 66. 80. 115. 139. 150. 159. 194. 196. 198. 208. 506
Iudicum corruptio 63
Iudicij fuga 128
Iudex 203
Iudicium bonorum 459

Iuſticia 2. 65. 363. 421

L

Labor 434
Laſciuia 216
Laus 211. 359. 377
Leuitas 135
Lex 217. 372
Libertas 321. 341. 471
Libido 371
Licentia 35. 313
Lucrum 215. 415
Luxuria 218

M

Maledictum 141. 241. 282. 475
Malicia 226. 475. 238. 246. 247
Malum latens 153
Malum nocens 322
Malorum conſuetudo 290
Malis occurrendum 470
Medicina 237
Mediocritas 271. 514 531
Meretrix 387
Metus 118. 228. 232. 248. 264. 267. 268. 312. 375. 397. 405. 487. 488
Miſericordia, æquitas 68. 119. 161
Miſer 9. 108. 165. 301. 370. 399. 479. 492
Mora 221. 485
Mores 372 373. 394. 466. 476. 501. 507
Mores reprehenſi 285. 369. 402
Mors 45. 75. 86. 99. 109. 160. 223. 229. 259. 395. 442. 447. 482
Mulier fœmina 20. 30. 78. 95. 142. 234. 245. 250. 387. 392. 529

Neceſſi-

N

Neceſſitas 214. 311. 312. 433
Nocens 206. 217. 347. 426. 516
Nuptiæ crebræ 176

O

Obedientia 325. 379
Obiurgatio 71. 89. 306. 473
Obſequium 43. 48. 444
Odium 179. 266. 496
Officium 418
Opinio 463
Oratio 167. 353. 419
Orbitas 168
Ocium 252. 443.

P

Paraſitus 272
Parentes 8. 325. 379. 438. 460
Patientia 81. 130. 132. 143. 146. 287. 292. 131. 255. 284. 400. 509. 327. 361. 380. 447. 462. 483. 539
Patria 116. 391
Paupertas 164. 309. 490
Pax 455
Peccata potentum 177
Peccatum 188. 206 484
Pecunia 467. 468
Periculum 77. 257
Pœnitentia 161. 204. 503
Potentia 423. 481
Præcepta mala 451
Præiudicium 149
Præmia factorum 536
Præmia virtutis 461 512
Propinqui 428
Proprium 254. 404. 406. 431
Prudentia 3. 38. 72. 92

Digitized by Google

Pudicitia 386
Pudor 67. 324

Q

Querimonia 303

R

Recordatio malorum 383
Recuſatio 243. 260. 263
Remiſſio 469
Res aduerſæ 205
Res diuinæ 495
Rex 497. 498
Riſus 202
Ruina 432
Rumor 17

S

Sanitas 452
Sapiens 25. 107. 110. 201. 221. 305. 328. 417. 510. 511. 512. 513. 515. 537.
Scelus proſperum 524
Securitas 77. 239. 240. 519
Sedulitas 419
Seruitus 11. 41. 172. 224. 232. 357
Silentium 224
Simulatio 53. 133. 169. 175. 403
Socius imperij 422
Spes 494
Status felix 425
Stulticia 504. 517. 520
Superbia 505
Suſpicio 7

T

Taciturnitas 280. 353. 491
Temeritas 32. 298. 367
Tyranni 87. 356. 481.

V

Vari-

Varietas 186
Veritas 261. 444
Viciſſitudo rerum 405
439. 441
Victoria ſui 56
Victoria inſolens 534
Victores timidi 523
Vigilantia 540
Virtus 354. 427. 465
469. 472. 525.
527. 528.
Vita 173. 429
Vita longa 166
Vita priuata 349
Vltio 178. 200
Voluptas 465

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google